

Anno Domini 1487 fuerunt in hac domo hi 27 fratres habitum ordinis portantes, scilicet monachi, conversi et donati (1) :

Dominus Iaspar Van der Stocht de Lovanio prior huius domus.

Dominus Ioannes de Aldenardo, dudum sacrista, tunc senior huius domus.

f. 51. Dominus Eligius Haene procurator huius domus.

Dominus Arnoldus Beeltsens de Tollenbeke vicarius huius domus.

Dominus Antonius Moens de Lovanio professus huius domus.

Dominus Ioannes Möennens de Kester dudum sacrista professus huius domus.

Dominus Iudocus Van der Cleyen de Gerardimonte professus huius domus.

Dominus Cornelius de Dordraco professus domus Hollandiae hospes (2).

Dominus Godefridus de Tollene professus huius domus (3).

Dominus Franciscus de Welle de Biervliet professus huius domus.

Dominus Ioannes de Aelst de Etterbeke professus huius domus.

Dominus Ioannes de Dynanto professus domus Leodii, hospes.

Dominus Ioannes Oss de Bruxella professus huius domus, diaconus.

Dominus Livinus Soeten de Gandavo professus huius domus.

Dominus Ioannes Pauli de Delft professus huius domus.

Dominus Michael de Casleto de Westflandria professus huius domus.

Dominus Jacobus Fabri de Gandavo professus huius domus.

Dominus Ioannes Lelloe sacrista professus huius domus.

(1) Nous n'annotons ici que les noms qui ne se retrouvent pas dans la suite de la chronique ; on cherchera les autres à la table alphabétique.

(2) « Per visitatores super annum (1486) factum est cambium inter illum (D. André de Tournai) et D. Cornelium de Dordraco, professum domus... Monnikhuizen. » PÉDÉ, p. 48.

(3) Cfr p. 69. — « D. Godefridus Ioannis de Tollene,... ante magister artium Parisiis, receptus a D. Arnaldo Kaerman circa festum Omnium Sanctorum 1471 ; novem circiter annis professus reprehensibilem se reddidit... » Suit une longue série d'extraits des chartes des Chapitres généraux de 1481, 1488, 1489, 1490, lui reprochant de troubler la maison et d'importuner le Chapitre ; il voulait, semble-t-il, faire urger l'observance de certains statuts, depuis longtemps tombés en désuétude. « Ab anno 1490 nihil amplius de illo invenimus : credendum est quod plene ad se redierit. Obiit autem in hac domo 24 ianuarii 1500. » PÉDÉ, p. 40.

Dominus Carolus de Gandavo professus huius domus (1).

Dominus Egidius de Linniaco professus huius domus (2).

Dominus Petrus novitius huius domus (3).

Frater Ioannes Andries conversus professus huius domus, portarius.

Frater Richardus conversus professus huius domus, coquiniarius (4).

Frater Hugo de Steenbergh conversus professus huius domus.

Frater Laurentius de Gandavo conversus professus huius domus (5).

Frater Egidius donatus huius domus.

Frater Ioannes Thonis donatus huius domus (6).

Dominus Ioannes de Dendermunda, dominus Andreas de Tor-  
naco / et dominus Iacobus de Bursalia, hi tres erant quidem  
professi huius domus, sed hospitabantur alibi (7).

Anno 1487 in Cathedra S. Petri fuit in hac domo receptus et vestitus in novitium dominus Petrus de Velthem, capellanus apud S. Petrum Lovanii et ibidem rector scholarum, saltem submonitor (8).

Eodem anno Franci obtinuerunt Sanctum Audomarum in maio. Anno 1488 circa festum S. Antonii obiit dominus de Oetkerke strenuus miles et falconarius regis Romanorum ac capitaneus municipii de Rupelmunda, qui fuit amicus huius domus et quia sic desideravit, ipse et sui, consentiente conventu nostro, sepultus est apud nos scilicet ante altare beatae Mariae iuxta chorum. Exequiae autem eius iuxta pompam saeculi delatae fuerunt usque ad 5<sup>am</sup> feriam in capite ieunii.

Eodem die anno sequenti, id est feria sexta in capite ieunii, fecit professionem suprascriptus frater Petrus de Velthem.

Anno eodem paulo ante per mense ferme princeps noster

(1) Charles Serraes.

(2) Gilles de Stercke (Fortis).

(3) Pierre Beerincx, de Velthem.

(4) Richard Pinnant ou le Penant, de Cambron.

(5) Laurent Van den Wyngaerde.

(6) Cfr p. 14 : « Ioannes Antonius ».

(7) Jean de Wiese de Termonde à Sélignac où il avait été prieur, cfr p. 55. André de Tournai à Arnhem, cfr p. 118, note (2) ; Jacques de Borsele à Bruges chez les moniales de Sainte-Anne, cfr p. 75, note (6).

(8) « D. Petrus Beerincx de Velthem prope Lovanium...Fuit deinde sacrista in hac domo... » Pédro, p. 41. — Cfr p. 111.

Maximilianus rex Romanorum Brugis tentus est ac arrestatus, cum omnibus suis qui secum erant pro illo tempore in oppido. Et fuit ibi clausus usque ad sequens Pentecoste, et sui dispersi per oppida Flandriae factaque est congregatio istarum patriarum in diversis oppidis ad tractandum de pace, sicque pax fuit facta quam iuravit tenere, etc., et sic dimissus fuit, sed pater f. 52.  
eius imperator cum armata manu superveniens, noluit / eam servare, nec plures alii, et sic orta est guerra dura et gravis nunc usque durans et multa mala contigerunt. Gandenses tamen et Brugenses ac Yprenses auxilio Francorum obtinuerunt ne imperatori ac filio eius subiicerentur, quamvis multa millia occisa sunt ex utraque parte, rapinae multae ac incendia multa et alia mala facta sint et quotidie fiant.

Eodem anno 88 pendente predicta tribulatione, fecit prior noster dominus Iaspar collationem in Capitulo generali in Cartusia Maiori celebrato, cum maximo periculo tamen ivit et redivit, propter discrimina viarum occasione guerrarum.

Anno 1487 circa festum S. Iacobi apostoli passi sunt capitanei principis nostri regis Romanorum Maximiliani damnum in Picardia iuxta Bethuniam, ita ut aliqui sint occisi, multi autem capti, reliqui vero dispersi. Tunc captus est comes de Nassauwen, dominus de Bossuyt, Antonius de Masteyn, Antonius de Fontanis castellanus de Aeth, cum aliis. Tunc temporis etiam obtinuerunt iterum Morinum Franci, capitaneo eius domino Iacobo bastardo de Luxembourch captivato. Eodem anno obiit dominus Iacobus de Luxembourch, frater domini Ludovici comitis sancti Pauli; puto quod mansit circa Bethuniam in bello. Sequenti anno scilicet 88, circa principium anni, obiit dominus Iacobus de Luxembourch, dictus dominus de Fienies / nepos praefati et filius fratris eiusdem.

Anno 88 altera die post festum sanctae Annae, obiit dominus Nicolaus de Mottinghen, capellanus nostrae Dominae de Capella, quod fuerat per 27 vel 28 annis, vir honestae vitae et multum familiaris ac dilectus cum officialibus huius domus, qui legavit domui in testamento suo 3 libras parisienses pro pitancia conventui ministranda in die anniversarii sui, et ante mortem suam dedit pluries conventui pitanciam vini, etc., sepultusque est in choro S. Nicolai ecclesiae Tollebecensis (1).

(1) *Nécr. A, 28 juillet.*

Huc usque venerabilis pater dominus Arnoldus Beeltsens de Tollenbeke, vicarius huius domus haec chronica compilavit. Pro labore suo donet illi Dominus partem in requie sanctorum suorum. Amen.

Anno Domini 1489 obiit dominus Arnoldus Beeltsens in februario (1) collector horum chronicorum, in quibus secundum aestimationem quorundam multa obscura posuit, quia non potuit de tantis annis elapsis usque ad suum tempus de omnibus veritatem invenire; multo tamen labore ex chartis Capituli generalis tum etiam ex martyrologio diversa collegit et in hanc formam usque ad suum obitum compegit. Iste dominus Arnoldus vivus fuit in exemplum conversandi, quia cunctis diebus vitae suae semper diligens fuit, bonus chorista et egregius callista, qui f. 53. tria antiphonaria notulavit, / et duo gradualia; fuit etiam vicarius et corrector. In exemplum etiam fuit timendi Deum, quia inventus fuit mortuus ante lectum suum, non tamen fuerat infirmus. Ideo taliter vivat qualiter mori desiderat. Pro consolatione tamen eius tenetur ilud: iustus si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit (2).

Anno 1490 fuerunt hic recepti quatuor donati circa festum S. Agathae, scilicet frater Adrianus (3), frater Egidius (4), frater Godefridus (6) et frater Nicolaus barbitonsor (5).

Anno Domini 1491, obiit in Cathedra S. Petri dominus Eligius Haene, qui fuit 28 annis procurator, qui multum ampliavit bona immobilia diversas partem terrarum emendo, ut patet in litteris scabinalibus (7).

Eodem anno duodecima die iulii, fuit hic vestitus sub domino Iaspore priore frater Iudocus Hinckaert de Bruxella (8).

Anno eodem in novembri in die Praesentationis obiit dominus Ioannes Iacobi de Aldenardo, antiquus sacrista bene 33 annis,

(1) *Nécr. A.*, 18 février. — Pour le jugement porté sur l'œuvre de Beeltsens par le moine anonyme qui écrit ces lignes, voir notre introduction, p. XVI.

(2) Sap. IV, 7. — Sur Arnold Beeltsens, cfr p. 61-85, et notre introduction p. X-XVII.

(3) Adrien de Ruytere, cfr p. 112.

(4) Gilles de Saffele, cfr p. 113.

(5) Godefroid de Hareberghe, cfr p. 136.

(6) Nicolas « Tonsor », cfr p. 130-131.

(7) Cfr p. 60.

(8) Cfr p. 93, note (2).

vir bonus et devotus, qui fuit gratiosus et exemplaris fratribus (1).

Anno 1492 duodecima die iulii fecit professionem dominus Iudocus Hinckaert de Bruxella sub praedicto priore, qui in testamento suo ad honorem Dei et animae suae salutem reliquit domui circa 36 annuenses supra oppidum bruxellense. Hic dominus Iudocus vixit laudabiliter in hac domo 66 annis, con-  
f. 53v. tentus sua cella, videlicet sub littera N in / qua et obiit anno 1551 in profesto Lucae evangelistae (2).

Anno eodem 92 obiit Innocentius papa VIII, cui successit Alexander VI papa, episcopus portuensis.

Eodem anno 92 prior Monachorum fecit collationem in Carthusia Maiori in Capitulo generali et descendit principalis visitator, cum quo prior noster visitavit provinciam loco prioris Gandavi tunc temporis convisitatoris. Anno 93 ascendit ad Capitulum generale prior domus Gandavi et descendit principalis visitator. Anno eodem defunctus est convisitator provinciae Teutoniae in ianuario et ad electionem sequentis prioris vocatus fuit prior noster (3).

Anno 1494 fuit hic vestitus novitius fr. Ioannes de Flandria de Querceto, sexta decima die iulii. Hic dicebat in sua infirmitate quae dicitur hidropica, qua et mortuus est, se brevi transiturum ad paradisum, seseque ambulaturum per lilia et rosas floresque paradisi. Obiit autem in praesentia multorum fratrum ante lectum eius orantium in meridie dum hora tangeretur 12, anno 1505, 7 idus iunii (4).

Anno domini 1493 vel circiter, finitis bellis flandrensisibus de quibus supra mentio facta est, quaedam collectio seu potius colluvio hominum quae vulgariter *la garde* vocabatur vag-

(1) Jean Jacobs d'Audenaerde, cfr p. 56. Il avait été nommé vicaire en 1481 par Jacques de Borzele, mais il se fit délivrer de cette charge dès 1482 par les visiteurs ; cfr p. 84-85.

(2) *Nécr. A*, f. 66 : note sur les dons et legs de Josse Hinckaert et les obligations qui y sont jointes. — Josse Hinckaert pratiquait l'art délicat de l'ornementation des manuscrits : il dessine les lettres capitales d'une bible imprimée en six volumes apportée par Jean Ammonius, cfr p. 110 ; de même, les capitales d'un missel copié par Michel du Mont-Cassel, mais on fait peindre la miniature du canon à Bruxelles, cfr p. 143.

(3) En 1492 est visiteur principal Arnould Hukelen, prieur d'Arnhem ; co-visiteur Simon Van der Schueren. En 1493, ils échangent leurs fonctions. Arnould Hukelen mourut le 24 janvier 1494, Simon Van der Schueren le 11 mars 1497.

(4) Ici s'arrête l'œuvre du continuateur anonyme de Beeltsens ; avec le paragraphe suivant — peut-être même avec celui-ci — commence la partie due à Jean Ammonius, très facilement reconnaissable à son style.

f. 54. bunda per diversa Flandriae Hannoniae / et Brabantiae loca pergebat, sub honesto titulo quasi a principe ordinati ac missi fuissent qui regionem tuerentur, ne latrunculi usquam delitescerent atque ut mercatoribus iter esset ubique tutum, utque ruricolis operam dare liceret agriculturae. Nam mirum in modum populus ubique fuit exhaustus, eo quod magna annonae caritas pluribus annis duravit. Erant isti qui cum armis sic ibant non pauci, partim equites et partim pedites. Sed ipsi propemodum fecerunt ea quae latrones solent facere: nam quocumque pergebant, consummabant quidquid inveniebant, et ruri degentes adegerunt ut bona cibaria cibi et carnes vervecinas exhiberent, et ex oppidis vicinis sibi bona vina iubebant afferri, et alia multa quae fuerunt usui necessaria, et haec omnia sumptu pauperum agricolarum. Quapropter et multi mortales ab eis graviter erant afflicti, et augebatur eorum cumulus in dies. Siquidem huc confluabant plerique quos frugi pigebat esse domi. Neque cessabant agricolas et obvios quosque deglubere, usque dum malis omnibus eorum Deus ipse finem imponeret, nam pius Dominus misertus populi sui, gravem satis luem eis immisit et eorum animalibus, ac pravum eorum dissipavit concilium. Nam dissenteriam et alias morbos plerique patiebantur, sicut a quibusdam eorum audivi, et ita divinitus coacti sunt cessare atque dispergi. De numero horum unus fuit, praenominatus Ioannes de Flandria, antequam ad ordinem Cartusiensem veniret, natus in Querceto et nutritus, ubi sororem habebat in monasterio, quae vocabatur

f. 54v. Iachelina. Hic idem Ioannes / (a) fuit etiam miles in exercitu eorum qui per noctem intrarunt in oppidum Attrebatum. Et circiter illud temporis, cum ego (i) Tornaci habitarem et quodam die sabbati casualiter incendium accidisset circa domum ubi morabar, ipso die captus fuit Ioannes et captivus Tornacum adductus, sicut ipsem postea mihi dixit. Cumque duceretur acclamabant quidam: « assomme, assomme », nec fuit ibi sine timore; sed quoniam satis facundus erat in lingua patria, postridie, redditu ratione dimissus fuit. Qui cum inter tales mundi procellas aetatem ageret, saepe miseram vitam suam deplorabat. quo circa tandem velut resipiscens ad ordinem cartusianum et ad domum hanc confugit, animae suaे salutem quaesiturus. Ubi

(a) Le copiste répète les trois mots précédents.

(i) Jean Ammonius.

et receptus fuit et professus et sacerdos. Erat autem inter nos moribus urbanis praeditus, gracili corpore, statura mediocri, facie aliquantulum fusta, acri ingenio, parum litteratus, parumque musices peritus, ad iram facilis, facilis tamen ad placationem, visu acutus, victu sobrios, et in receptione ventitantium ad se festivus. Fuit etiam infirmarius ordinatus, quod ministerium non solum sollicite et sedule peragebat, sed etiam alacriter obibat, cum tanta semper benevolentia semper tractans infirmos et aegrotantes ut si mater eorum fuisset non potuisset diligentius. Quod expertus sum ego qui hoc scribo, nam aegrotanti mihi et hydropisi laboranti, sic ministravit, gratias Deo. Reddat illi Dominus nunc bonam mercedem. In cella vero sua accurate et  
f. 55. polite torno vasa toremata facere consuevit, / sed quoniam illud exercitium nostro priori non placuit, ideo cum a priore nostro adducti fuissent duo monachi de monasterio S. Gisleni scientes eleganter scribere, intra paucos dies didicit ab eis artem pulchre scribendi (1). Et litteras quidem pulchre pingebat et formabat, orthographiae tamen haudquaquam faciebat satis. Transcripsit autem sermonem quemdam incerti auctoris, qui solet in reectorio legi in Coena Domini, item libros Esdrae 1 et 2, et alia quaedam devota (2).

## DOMINUS IUDOCUS ARGILLANUS MONACHUS.

Dominus Iudocus Van der Cleyen de Gerardimonte, cognatus D. Arnoldi Kaerman prioris huius domus, vir bonus et religiosus, sciens bene et expedite legere et bene pronuntiare more ordinis et in choro et refectorio, et bene cantare sciens, habuitque dulcem et quasi angelicam vocem. Unde pluribus annis (tametsi non placearet ei) fuit cantor chori. Sed accedente iam senectute, cum vox eius iam pene deficeret, multis precibus obtinuit ut ab illo officio absolveretur. Sciebat etiam bene scribere et aliquos reliquit nobis libros sua manu transcriptos, sermonem de praesentatione beatae Mariae Virginis Christiparae in templo praesentatae, et agendam unam quae solet in choro haberi in usu,

(1) Le prieur était sans doute Jean Etterbeke. En fait, jusqu'alors, le travail manuel des moines avait consisté principalement dans la transcription des manuscrits. Voir à ce sujet notre *Histoire de la chartreuse de la Chapelle*, 2<sup>e</sup> partie, chap. II.

(2) Voir encore, sur Jean du Quesnoy ou Jean de Flandre, p. 146.

et alia quaedam devota. Hic fuit magister meus anno 1500 tempore novitiatus mei, et docuit me prima ordinis elementa et observationes. Qui quoniam fuit impeditioris linguae, silentium et solitudinem amavit plurimum, alioqui et vicarius huius domus fuisset ordinatus, si praedicare pulchre potuisset. Multis  
f. 55v. tamen admodum charus fuit. Scivit autem / accurate flores concinnare de filo serico et cupreo filo substrato. Unde et magnam tabulam quae in sacrario est vitro tectam ipse aptavit et instruxit, et similiter quaedam alia. Sed dixit mihi quod visum suum in tali opere multum debilitavit ; quapropter cum et mihi satis debilem visum sciret esse, artem illam docere noluit, sed docuit me artem inserendi arbores, qua multum delectabatur, quam artem divus Ieronimus Rustico monacho scribens etiam commendat, et utilem et honestam monacho declarat esse (1).

Ad studia litterarum mihi propenso et de viris eruditis interdum loquenti, respondebat : « moritur doctus similiter et indoctus », quasi diceret : « studeamus semper bene vivere et habere bonam conscientiam ». Alias autem mihi dicebat : « o Ioannes, Ioannes, si diu vixeris in ordine, frequenter iturus es et ab hoc et ab hac vicissitudine bonorum et malorum », sic indicans quas in hoc mundo cuncti mortales velint nolint expeririuntur, et profecto verum dixit (2). Item alias dicere solebat : « vixi satis diu, si satis bene, sed extremum ictum semper timeo ». Cum autem quidam monachus sacerdos D. Franciscus Welle defunctus esset ( erat enim Franciscus iunior in ordine quam Iudocus), magnus invasit metus Iudocum, atque ab illo tempore numquam bene valuit, sed velut attonitus saepe dicebat nobis : « nescio quid est mihi, nescio quid habeo, nescio quid patior ». Deinde paulatim coepit aegrotare. Sed pene fui oblitus scribere quam audivi ab eo rem memoratu dignam : « cum essem iunior, inquit, et multis annis in ordine non fuisse, Pater Arnoldus  
f. 56. Kaermam diu fuit huius provinciae visitator / principalis (3) et propterea frequenter oportebat eum abesse domo. Interim vero D. Laurentius de Musscheselee vicarius fuit huius domus, quod ministerium laudabiliter etiam exequebatur. Sed quoties Pater Laurentius visitandi gratia veniebat ad me in cellam, sermoni-

(1) MIGNÉ, *Patr. lat.* t. XXV, col. 1079.

(2) Allusion sans doute aux difficultés éprouvées dans l'ordre par Ammonius ;  
cfr p. 210-212 et introduction, p. XX.

(3) Covisiteur de 1460 à 1472, puis visiteur jusqu'à sa mort en 1484 ; cfr p. 83.

bus suis et exhortationibus sic me erexit, stabilivit et confortavit, ut posteaquam fuit in cella mea, per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse. Eram siquidem pronior ad modestiam, proclivior ad pietatem, promptior ad fraternalm dilectionem, ferventior in precibus, subtilior in divinorum contemplatione, et in cunctis observationibus ordinis publicis et privatis alacrior. » Sed de praedicto D. Laurentio alia referuntur (1). Porro quales aliquando vicissitudines et ipse magister meus D. Iudocus sit expertus, non mihi tacuit omnino ; alias namque dicebat : « interdum gratia Dei visa est mihi ita adfuisse ut post vigilias nocturnas et officium matutinale, ita me sentirem robustum et alacrem ac si non amplius quam dimidia hora in choro fuissem. Hoc modo sane divina gratia mecum egit, sed non semper. Nam et interdum sic relictus sum infirmitatibus meis et miseriis, ut non solum taederet me vitae meae, sed nonnumquam etiam optarem mihi terram dehiscere, quo liberatus in ea quiescerem. »

Fuit autem D. Iudocus vir probus et gratus, vultu liberali, statura mediocriter eminenti, ingenio statis acuto ; qui tametsi in litteris saecularibus non multum fuit eruditus, scientia tamen christiana et spirituali non multis erat postponendus. Soccis uti non consuevit, ne in hieme quidem, sed quoniam siccios semper habebat pedes / parvis utebatur calceis intra calceos non tamen pilosis. Denique ab aegrotatione cuius paulo ante memini non convaluit, fere ad duos menses sic male habuit ; cum autem Pascha adventasset et in dies debiliorum se fieri cerneret, fertur paululum conquerens dixisse : « itane iam mori debeo cum moles-tissimum totius anni tempus iam peractum sit, et commodius victitandi tempus advenerit, quando nobis lacte et butyro licet uti. » Sed tamen divinae voluntati se commisit et rite praeparatus, sumptis ecclesiae sacramentis, religiose defunctus est, in praesentia prioris et quorumdam aliorum, nocturno tempore, ceteris fratribus in choro divina celebrantibus, anno 1504, martii 26.

Anno 1498 (2), cum illustrissimus princeps dominus Phi-

(1) Cfr p. 53-54 et appendice III, p. 193-200.

(2) On verra par les références qui vont suivre que les auteurs se partagent pour la date : 1497 ou 1498.— Cette longue digression, insérée par Ammonius dans la chronique du monastère, description des jeux publics de Gand en 1497 et des fêtes du baptême de Charles-Quint, a été retranscrite avec quelques

lippus, domini Maximiliani filius, rex Castellae esset Gandavi et uxori eius et multi viri præclari, per aestivum tempus instituti sunt ludi publici et praecipue sagittandi ludus (1) et magna quoque certantibus et vincentibus proposita sunt praemia. Quapropter a civitatibus multus undique populus Gandavum confluebat, et singula sua adferebant insignia (2), vestesque novas et decoras. Bruxellenses autem ab ingressu pulcherrimo summum adepti sunt praemium; quibus etiam princeps cum multis equitibus obviam processit, omnesque per portam cae: aream simul intraverunt Gandavum. Tantus autem numerus hominum et in equis et quidam pedestres etiam venerunt a Bruxella, ut ad quemvis

f. 57. locum transitus eorum unam ferme continuaret horam. / Vittae curruum (3) multae quidem videbantur interius aureo paludamento et holosericis insignes; postea vero dicebatur nobis hoc opus fuisse non magni sumptus, tametsi argute excogitatum visuque pulchrum. Sed antwerpiensem asseda vittas habebat de rubro panno laneo, quas pauperibus in domo fratrum Gandavi scholasticis dederunt (4). Ab Aldenardo qui venerunt omnes habebant alba vestimenta, et quamquam numerus eorum fuit valde copiosus, laudi tamen non dabatur eis quod illorum aurigae sic erant vestiti sicut eorum magistri sagittarii. Ab Alosto

suppressions dans la chronique de Scheut: WALLIUS, *Collectaneum rerum gestarum et eventuum cartusiae bruxellensis* (Bibl. royale Bruxelles, ms. n. 3859), t. I, f. 119-121; elle a été publiée intégralement, avec une traduction flamande par le P. L. REYPENS S. J., dans *Volkskunde*, 1913; cfr notre introduction, p. XXIX. Dans plusieurs des notes qui suivront, nous utiliserons librement celles du P. Reypens et, comme lui, nous renverrons surtout à F. DE POTTER, *Gent van den oudsten tijd tot heden*, Gand, 7 vol., 1882-1895, dans BROECKAERT et DE POTTER, *Geschiedenis van de gemeenten der provincie Oost-Vlaanderen*.

(1) Le grand concours de tir à l'arbalète de 1497 fut le plus remarquable de ceux qu'organisa la gilde de St-Georges et dépassa encore celui de 1440, fort réputé pour sa splendeur. De POTTER, qui relate les deux, consacre à celui-ci une longue description, *op. cit.*, p. 171-183; il l'a résumé dans un article, *Het landjuweel van 1497*, dans *Het Belfort*, 1894, p. 184-188. Cfr aussi PH. VAN DUYSE, *Het groot schiet spel en de rederijkersspelen te Gent, in Mei tot July 1498*, dans les *Annales de la Société des Beaux-Arts et de Littérature de Gand*, t. VI, 1855-1856, p. 173-124.

(2) Sans doute les bannières des gildes.

(3) Les rideaux ou bâches reposant sur des arceaux de bois et recouvrant les anciens charriots; le P. Reypens traduit de même: *wagenoverkapping*. — Pour toute cette description de l'entrée des concurrents, cfr DE POTTER, *op. cit.*, t. II, p. 178.

(4) Vraisemblablement les Frères de la Vie commune ou Hiéronymites, établis depuis 1430 au château de Gérard le Diable et dans les maisons voisines.

qui venerunt in sinistrc pede nigrum habebant calceum, in dextro album, quem exsertum etiam de curru plerique tenuerunt. Brugenses autem vestimenta bicoloria, ab humero uno usque ad genu alterius lateris transversum divisa gestabant. Sed longum esset molestumque fortasse lectori si omnium advenarum singula quoque narrentur. Locus autem ubi ars sagittandi gerebatur erat inter capitolium et plateam quae est inter sacellum divi Georgii et domum scabinorum, nimirum iuxta illum locum ubi tempore belli patibula stare vidimus (1), qui quamvis sit inaequalis, lignis tamen et tabulis ita constructum fuit ut aequalis esset.

Interim vero per totam civitatem ubique locorum, ubique temporum, iucunditas et ludi et laetitia ; inter alias quoque morionum et scurrarum facetias, insulensium scurra nominatus Dodo palmam acquisivit, propter novas et exquisitas novitates quas cotidie prorsus inauditas comminiscebatur ; qui postea diu etiam Gandavi mansitabat. Ceterum ab arte sagittandi summum præf. 57v. mium habuerunt viri qui venerunt / a Montibus Hannoniae (2).

16 viri qui venerunt a Traecto superiori, vulgo Mastricht, novum ludendi genus et argutum sane atque festivum attulerunt, et licet perquam difficile foret hoc ipsum liquide verbis explicare, tamen et aperte quaedam ea de re ponam (3). Gandavi locus est, in media ferme civitate, vulgo *de coreley* dicitur, ubi duo flumina simul permixta, Scaldis et Leia, leviter fluunt. Pontes duo lapidei, alter divi Michaelis vocatur, alter a pecudibus nomen habet et vocatur vulgo *de veebrugge* (4). Distant ab invicem longe mediocriter quantum possent arcu iaculari sagittae. Sub pontibus labuntur aquae dulces et salubres et perspicuae plerumque, praeterquam magnorum imbrium tempore. Ab utra-

(1) Non pas, malgré la mention de l'échafaud, la place Sainte-Pharaïlde, mais celle qui s'étendait entre le beffroi et la rue Haut-Port (paradeplaats) ; une partie de son emplacement est actuellement occupé par le Marché au beurre ; l'hôtel de la Gilde de Saint-Georges ou des arbalétriers, qui organisait la fête, occupait l'angle de cette place et de la rue Haut-Port. De POTTÉ, *op. cit.* t. II, p. 2-7 et carte de la p. 226. Une potence et un échafaud y avaient été érigés en décembre 1487, pour châtier les excès des gens de guerre. *Dagboek der gentsche collatie*, édit. Schayes, 1842, p. 298.

(2) Sur le jeu lui-même, on trouvera des précisions dans VAN DUYSE, *art. cit.*

(3) De POTTÉ donne, d'après *l'Excellente Cronike van Vlaenderen*, une brève description du même jeu sur le fleuve, *op. cit.* t. II, p. 180-181.

(4) Actuellement le Pont aux Herbes.

que aquarum parte sunt plateae (1), deinde domus constructae pulchrae et magnae. Amphitheatum quoddam videoas in quadro positum. Ripae distant ab invicem ad 30 pedes, aut plus etiam, et aquae satis profundae ac piscosae. Hic in medio aquarum positus est et fortiter infixus terrae malus qualem naves magnae habere solent, atque in summitate mali posita est argute domuncula quaedam rotunda et ampla quidem, adeo ut 4 aut 5 homines in ea possent consistere. Hæc erat ab inferiori parte ad 3 pedes sursum asseribus clausa, atque deinde usque ad tectum undique fuit aperta. Tectum habebat parumper acuminatum. Porio a fenestris in circuitu tres pendebant scalae firmiter annulis ferreis annexae, quarum unaquaque 3 habebat gradus. Atque in mali circuitu sub domuncula paululum supra aquas constructum erat f. 58. scamnum ligneum, quo super exponebantur advecti / navicula qui in domunculam moliri volebant ascensum.

His ita concinnatis, quando ludendi tempus appetebat, advenierunt quidam cum navigiolo et scamna magna et ascendebant in domunculam viri duo, deinde reductis scala et navigiolo, praedicti duo viri sedentes facillime et, ut nobis videbatur, absque labore domunculam agitabant volvebaturque sicut rota figuli, nunc lente, nunc velociter uti volebant et quando volebant sistebatur. Sed a scammo ad domunculam usque altitudo erat quanta est duorum hominum statura. In hanc igitur domunculam oportebat eum ascendere et intrare non adducta scala aut alio instrumento, quisquis adipisci praemium desiderabat. Ad fenestram quippe cuiusdam domus ibidem in platea posita fuerunt super asserem opertum viridi panno praemia magna quae videri poterant ab omnibus, vasa argentea, amphorae magnae partimque deauratae 4 aut 5 (2).

Huc igitur magna multitudo hominum convenit, pars quidem ut certarent, alii vero ut certamen consiperent. Qui vero parati erant volentes ascensum meditari, advehabantur semper 6 aut 8 viri et exponebantur super scamnum. Deinde reducta

(1) Les deux quais portèrent d'abord le nom de quai au blé (Koornlei, Corelei), celui de l'est reçut au XVIII<sup>e</sup> siècle le nom de quai aux herbes, celui de l'ouest, au XIX<sup>e</sup> siècle seulement, celui de quai Saint-Michel. La portion de fleuve comprise entre ces deux quais et les ponts mentionnés plus haut, connue sous le nom de *Tusschen Bruggen*, était le théâtre habituel des régates et tournois nautiques. DE POTTER, *op. cit.*, t. II, p. 471.

(2) D'après le récit beaucoup moins circonstancié de l'*Excellente Croniche van Vlaenderen*, le prix était de cent florins d'or. DE POTTER, *op. cit.*, t. II, p. 180.

navicula, aliis alii gradum faciebant; interim vero domuncula plerumque non volvebatur, usque dum aliqui, in humeris aliorum stantes manum scalis admovebant. Siquidem ita stans homo primum gradum unius scalae commode poterat apprehendere, et aliqui etiam fortiter nitentes secundum gradum. Simul autem  
 f. 58v. ut domuncula volvebatur / pendebat homo scalae manibus adhaerens, pedes ab humeris abstracti subsistendum nullum habentes sustentaculum, totum corpus quatiebatur. Deinde cum magno populi risu homo cadebat in aquas. Sed complures aderant undique viri cum naviculis, qui celeriter succurerent lapsis et natare nescientibus opitularentur. Hoc modo certatum est multis diebus, et ascendendi studium fervebat, aliisque receperintibus alii accedebant.

Ego quoque die quodam, cum illuc spectandi gratia advenissem, spectasseque ad dimidiam ferme horam et interea nemo intrasset, abire iam cooperam, cumque in ponte essem pecuali, ecce quidam iuvenis gandavensis doliarius, a vico qui longa moneta dicitur, ascendens una manu primum gradum apprehendit et altera manu secundum, parumque insiliens tertium gradum apprehendit et unum genu posuit in primo gradu et sic habuit stabilimentum, neque domunculae crebra revolutione quatiebatur, neque viri qui intus erant depellebant eum, sed toto populo iubilante et favente domunculam intravit et propositum praemium accepit (1).

Ceterum in aliis locis qui ludi agebantur, non est mihi plane compertum, nam illo tempore magis operam dedi bonis litteris quam huiuscemodi nugis. Audivi tamen quod in curia principis mulus erat quidam ferox admodum, et mordax et sternax, qui propterea leoni fuit obiectus, spectante populo. Nam Gandavi clausi semper in lacu leones aluntur (2). Cum igitur in locum

(1) D'après l'*Excellente Croniche*, seul le fou amené par l'équipe de Maestricht aurait réussi à pénétrer dans la maisonnette. Les comptes de la fête font mention d'une indemnité versée à un Gantois, en dédommagement « pour les pommes et les œufs qui furent jetés à ceux de Maestricht », réprésailles populaires, sans doute, à l'égard des organisateurs d'une épreuve jugée trop dépourvue de chances de succès. DE POTTER, *op. cit.*, t. II, p. 181.

(2) GRAMMAYE, *Primitiae antiquitatum gandensium*, 1611, p. 24, parle des fauves qu'on entretenait d'une façon permanente au Prinsenhof; il décrit deux autres combats donnés en spectacle au peuple, mais non celui-ci, dont nous n'avons pas trouvé d'autre relation. Cette « ménagerie » est décrite par VAN LOKEREN, *La cour du prince à Gand*, dans le *Messager des sciences historiques*, 1841, p. 43.

spectaculo congruum leo mulusque fuissent adducti, a magistris  
 sollicitati sunt, et mulus quidem ferocire et pedibus terram scal-  
 f. 59. pere et postremas calces iactare / coepit, at leo cauda terram  
 verberare et terribili voce rugire ; deinde excussa iuba accurrit  
 ad mulum cum impetu, prioribusque sublatis pedibus suis pel-  
 lem cum carnibus mulo detraxit dorsumque eius ad costas usque  
 nudavit, et prorsus inutilem reddidit. Sed haec hactenus. Aliis  
 autem alia eiusmodi rerum memoranda relinquo. Denique post-  
 quam omnia ferme ludorum genera peracta fuerunt, omnes  
 qui advenerunt paulatim reversi unusquisque in sua sunt.

Anno Domini 1500, in festo S. Matthiae apostoli, mane ante  
 horam 4, natus fuit Gandavi illustrissimus princeps dominus  
 Carolus filius primogenitus illustrissimi principis et regis Cas-  
 tellae domini Philippi filii imperatoris Maximiliani (1). Quis au-  
 tem ingenio tantus et eloquentia, qui congrue posset enarrare  
 cuncta quae gesta sunt in hac tam gaudiosa laetitia et tam piae-  
 clara festivitate ? Siquidem ut primum inter aulicos nuntiatum  
 est principem esse natum, ecce tibi in equis pegasiis multi  
 veredarii per omnes urbis portas evolant in diversas regiones,  
 regibus et principibus laetissimum et optatissimum nuntium dela-  
 turi. Et statim per omnes oppidi vicos et plateas laeta vox populi  
 iubilantis audiebatur, et dicentis scitum « regina filium enixa  
 est, natus est nobis princeps ». Hinc statim in omnibus templis  
 et sacellis nolarum sonitu celeberrimo tantum gaudium decla-  
 rabatur, et accensis multis luminaribus, hymnum Te Deum  
 laudamus, a sacerdotibus et cantoribus iucundissimis organum  
 modulationibus canebat.

f. 50v. Interim cives ubique laetari, unusquisque pro sua facultate

(1) MARK VAN VAERNEWYCK, *De waerachtige geschiedenis van allen gheloofsvaerdighe saken van den alderonverwinnelycsten ende aldermoghensten keyser van Roomen, Carolus V, conninch van Spangnien, enz., met allen geschiedenissem die binnen onsen tyden hier ende in ander landen geschiet zyn, beginnende van den jare 1500 tot den jare 1564*, Gand, 1564, non paginé, commence (B-Bijj) par un long poème sur les fêtes de la naissance et du baptême du prince ; l'auteur se dit témoin oculaire. Un autre relation rédigée en 1617 est publiée, d'après un manuscrit en sa possession, par A. VAN LOKEREN, *La cour du prince à Gand, Messager des sciences historiques*, 1841, p. 50-52 ; un fragment de la même relation avait été publié d'après un autre manuscrit (Arch. provinciales de Gand, n° 34) par PH. BLOMMERT, *Vreugdebedrijven bij de geboorte van Keyzer Karel den vijfden binnen Gent*, dans *Belgisch Museum*, 2<sup>e</sup> partie, 1838, p. 135-138. — Voir aussi GACHARD, art. *Charles-Quint*, dans la *Biographie nationale*, t. III, p. 524.

testari laetitiam : alii pyras in plateis construere, alii deferre ligna et faculas ardentes de fenestris exponere, alii lampades quae piceis globulis aluntur accendere, alii funalia lucentia deferre, alii taedas flammivomas exhibere. Hinc passim ludi, epulæ, convivia agitari, et omnia musicorum genera personare. Sed quoniam multi et magni hospites exspectabantur venturi ad baptismi solemnitates, multa passim miraque parabantur. Quandoquidem undique artifices solliciti praeparare, architecti, materiarii, pictores, fabri ferrarii, fabri lignarii ubique festinare. Imprimis tamen cerarii, quia funalia valde multa poscebantur et consumebantur.

Interea quidam tegulator audax, scandendi peritus, nova quae-dam et penitus inaudita moliebatur<sup>(1)</sup>. Is siquidem ascendit in turrim templi divi Nicolai et in summo crucem, quae stare solet, depositus, quae multis etiam diebus ibidem iacuit in coemiterio, atque in loco ubi crux stare solet, malum posuit magnum quallem naves magnae habere solent, et super malum posuit rotam curri, quam et asseribus contabulavit : atque inibi nocturnis temporibus lampades (quae piceis globulis aluntur) accensas, et longis hastilibus impositas ponebat, et ignis a longe videbatur. Praeterea vir idem ille a Capitolio ad turrim usque praedictam fecit de funibus magnis viam pensilem, longe cunctis domibus supereminenter : ita quod una pars funium ad trabes annexa fuit in turri, magno foramine facto ad medium ferme turris, et altera / pars funium annexa fuit in capitolio. Porro ab utroque latere via praedicta funes habebat extensos paululum altiores (a) veluti brachiola vel appodiamenta funiculis annexos ne quis facile posset decidere. Pavimentum vero viae asseribus stratum fuit. Hæc omnia sumptibus civitatis artifex ille parabat, pauculos admodum habens adiutores : videlicet uxorem suam aliquando et famulum unum aut alterum. In hac autem via et in circuitu praedictæ turris, laternæ innumerabiles, de cartis pelluentibus concinnatae, candelis intus ardentibus, suspendebantur noctur-

f. 60. (a) Ms : atiores.

(1) Le couvreur s'appelait Martin Bekaert et semble avoir eu la charge des illuminations de la ville. Son nom apparaît dans les comptes de la ville de 1496 et 1502, cités par DE POTTER, *op. cit.*, t. I, p. 514 et t. III, p. 285. BLOMMAERT, *art. cit.*, p. 135, reproduit en gravure un tableau du musée de Gand, représentant le cortège du baptême de Charles-Quint : le pont de cordes est visible dans le lointain, entre le beffroi et la tour de Saint-Nicolas.

nis temporibus, quando principes externi urbem intrabant et quando puer Carolus baptisabatur. Interea multi mortales mirabundi suspicere, tam mirabile commentum et pergulam tam sublime in aere suspensam. Unde quidam curiosius rem volentes explorare ascendebant Capitolium. Quidam vero cum illuc ascendentibus viri illustres, magno praemio decertabant inter se dicentes : quis nostrum adeo audax, ut ab hoc loco per viam hanc transeat ad turrim usque templi S. Nicolai ? et cum diu attentare nemo auderet, tandem vir illustris dominus Andreas dominus de Zassiniers, qui postea fuit et Gandavi et Angiae (vulgo baliuum vocant), accepit conditionem. Sed antequam semel transire potuit, quandoquidem funes non adeo fortiter extendi poterant, quin aliquo transeunte quaterentur, idque sereno tempore magis quam pluvioso, saepius eum paenituit acceptae conditionis. Attamen ipsum artificem et uxorem eius et servulos frequenter per diem transire et per noctem lucernas appendere vidimus.

f. 6ov. Ipse vero dominus Andreas, ut audivi, pro nulla / re mundi postea voluisse eadem redire via. Denique artifex interrogatus a rege quid praemii tandem pro labore suo postulasset, respondit ut in artificio suo magister civitatis esse posset et decanus (a) artificii sui : quod illi concessum fuit a principe (1). Nonnulli tamen dicebant quod artifex consultius fecisset si postulasset a rege 6 stuferos ad vitam suam sibi dietim legari, quod et cum maiori gratia et non minus facile impetrasset. Sed ad alia transeamus.

Hoc ibi dum fiunt et studiose peraguntur, alibi fiunt et alia quae non sunt omittenda. Nam cum destinatum esset ut in templo divi Ioannis Baptistae princeps baptisaretur, quod templum ut totius urbis primarium et praecipuum est, ita est ornatisimum (2). Idcirco a curia principis quae vulgo *de Wal* vocatur ad templum usque praedictum, aedificata fuit de sparis et lignis via sive pergula per publicas plateas, tribus aut quatuor pedibus super terram huiusc viae. Latitudo tanta fuit ut bini homines simul transire commode possent, et asseribus erat via

(a) Ms : dedanus.

(1) Le compte de la ville de 1502-1503 lui donne le titre de « meester Marten ». DE POOTTER, *op. cit.*, t. I, p. 514 ; de même la relation publiée par Blommaert et Van Lokeren.

(2) Actuellement cathédrale Saint-Bavon.

accurate contabulata (1). Per hanc viam puer et princeps recens natus deferendus erat ad baptismum. Insuper tres habebat portas haec via ligneas affabre confectas et venuste depictas, ad imaginem portarum urbicarum, nisi quod aliquantulum minores fuerunt. Suspensarum tamen catharactarum similitudinem habebat unaquaeque. Et una quidem porta constructa fuit in diverticulo quando venis a curia principis divertere volens ad pontem lapideum versus monasterium fratrum augustinensium, qui pons f. 61. vulgo dicitur *de Liesbrugghe*, quo sub ponte fluvius dulcis / et amenus (vulgo *de Lieve* dicitur) labitur unus de 4 fluminibus qui Gandavi confluunt; 2<sup>da</sup> autem porta constructa fuit in angulo quando venis a foro piscario ingrediens in vicum qui dicitur vulgo alta porta, *de hoogh poorte*; 3<sup>a</sup> vero constructa fuit in fauce perangusta quae est inter capitolium et domum e regione proximam, quando descendis a domo tribunorum plebis volens ad templum S. Ioannis Baptista deflectere. Prima porta habebat titulum fidei, secunda spei, tertia charitatis, quae tres theologicae virtutes, coelestia Dei dona, divinitus animae hominis infunduntur quando more christianorum homo rite baptisatur (2). Porro autem in appodiamentis huius viae fuerunt ab utroque latere formata loculamenta et foramina in quibus ponerentur funalia accensa, tempore quo puerus princeps ad baptismum deferretur; et separata distabant ab invicem funalia spatio trium aut vix quatuor ulnarum. Et unumquodque funale positum fuit per staneam patinam perforatam in quam cera, si qua deflueret, cadere posset.

Sed posteaquam multi magnique principes advenissent, octavo demum die vel decimo post nativitatem, tempus appetebat quo baptisari princeps deberet. Omnibus igitur rebus diligenter et accurate paratis, vespere circiter horam nonam princeps baptisabatur. Sed a tempore quo efferebatur, usque dum relatus

(1) Cette passerelle est décrite par BLOMMAERT, *art. cit.*, p. 136; VAN LOKEREN, *art. cit.*, p. 50. VAN VAERNEWYCK, *op. cit.*, huitième strophe. Longue de 3008 pieds, large de huit, elle comprenait, en plus des trois portes monumentales mentionnées par Ammonius, trente-six petites portes; cfr GACHARD, *loc. cit.*

(2) Ammonius est le seul à donner aux trois portes le nom des vertus théologales; VAN VAERNEWYCK, *loc. cit.*, 10<sup>e</sup> strophe:

" D'eerste hiet Sapientia, also wy lesen:  
D'ander hiet Justicia, wel weer ghepresen,  
Pax, Concordia is de derde den naem ghegeven. "

De même, VAN LOKEREN, *art. cit.*, p. 50-51.

f. 61v.

erat, tanta luminarium copia fuit accensa ubi transferebatur, ut diem vincere putares. Nam praeter luminaria quae in appo-  
diamentis viae ligneae fixa erant, / multae domus fere luminaribus  
opertae fuerunt. Et omnia luminaria manebant ardentia, usque  
dum puer reductus fuit. Interea vero, dum efferebatur et refe-  
rebatur, multis in locis cum diversis ludorum repraesentationes  
(a) et spectacula edunt, tum praecipue in 3 portis ligneis. Porro  
transeunte principe decani civitatis et iurati et tribuni omnes  
dispositi certis in locis, amicti praeclaris vestibus et ornati suis  
insignibus stabant cum multis luminaribus. Et qui sequebantur  
principem, quorum numerus virorum illustrium et feminarum  
non erat parum multus, quibusdam in locis nummos argenteos  
et aureos in vulgum promiscue disseminabant, dispergebant,  
missiculabant ; et quidquid excipiebat quisque vel colligebat,  
suum erat.

Illustris autem vir et princeps dominus de Simay puellum  
dominum Carolum de fonte levavit (1) et cum pergeret cum aliis  
per praedictam viam ligneam, ferebatur ante ipsum aurea galea  
quam puello domino Carolo principi donatum pro munere de-  
dit (2). Omnia vero et domorum et platearum ornamenta quae  
diversis in locis disposita fuerunt, quis enarrare sufficeret ? In  
quadriuio quod est inter monasteria carmelitarum et fratum  
ordinis S. Augustini, arbor erat non parva tota deaurata. Sed  
omtitamus talia. Ceterum (quod pene fui oblitus ponere) illustris-  
sima domina Margareta de Yorcke ducissa Bungundionum, quae  
2<sup>a</sup> fuit uxor ducis Caroli (3) (quem Hermolaus Barbarus quadam  
in oratione regem vocat Belgarum) (4), et eadem Margareta fuit

(a) Ms : repraesentationibus, corrigé ensuite en : repraesentationes.

(1) Charles de Croÿ, premier prince de Chimay ; il fut nommé gouverneur de son auguste filleul, mais l'ascendant de Marguerite d'Autriche ne lui laissant guère d'influence, il résigna sa charge dès 1509 en faveur de son neveu Guillaume de Chièvres ; il mourut en 1527. Cf général GUILLAUME, dans la *Biographie nationale*, t. IV, p. 564-566. — Charles-Quint eut comme marraine sa tante Marguerite d'Autriche et fut baptisé par Pierre Quick, évêque de Tournai.

(2) Sur le tableau reproduit par BLOMMAERT, *art. cit.*, p. 125, on distingue les cadeaux de baptême, porté sur un brancard derrière le petit prince ; Blommaert en fait l'énumération dans le texte ; énumération plus détaillée dans VAN VAERNEWYCK, *loc. cit.*, 18<sup>e</sup> strophe.

(3) Marguerite d'York était, non la seconde, mais la troisième épouse de Charles le Téméraire ; cf. p. 66.

(4) Ermolao Barbaro, diplomate et humaniste vénitien, 1454-1493. Cf MICHAUD, *Biographie universelle*, t. I, p. 38. Il s'agit sans doute ici de son discours prononcé

f. 62. soror regis Angliae, cuius Margaretae permulta sunt et magna beneficia huic / ecclesiae nostrae domus Capellae et fratribus huius domus frequenter exhibita ; cuius Margaretae memoria cum laude et multa gratiarum actione nobis esse perpetua debet (1) ; Illa Margareta Gandavi puellum Carolum portavit ad baptismum. Quod vidi scripsi, nam illo tempore cum multis aliis hominibus ego stabam prope Capitolium et cum transiret puerum ferens in brachiis, vidimus illum holosericis involutum atque bissino velamine perquam tenui et perspicuo coopertum. Verum an semper et continuo portaverit eum, non audeo affirmare. Haec hactenus.

Facere non possum quin festivum quoddam et elegans carmen huc apponam, concinnatum luculenter ab insigni theologo domino Egidio Delfo (2) de anno die et hora nativitatis filii archiducis ad episcopum asturicensem :

aVgVstIs ataVIIs et faVsto sIdere (a) CeLI  
 CaroLVs eXorItVr, poLLet aMena saLVs (b) (3).  
 quis fuit ille dies rogitas, quo nomine clarus :  
 tunc iubileus erat, tuncque bisextus erat.  
 hunc sexto digesta puto insinuare kalendas  
 intercalares sillaba sola dolet (4).

(a) Ms : sIDere.

(b) Le copiste note en marge : quid sibi velit non intelligo.

Bruges le 3 août 1486, lors de son ambassade au nom de la république auprès de Frédéric III et Maximilien ; cfr HAIN, *Repertorium bibliographicum*, t. I, 1826, p. 273, n. 2417-2429 ; - - *Gesamtkatalog der Wiegendrucke*, t. III, 1928, col. 375-377.

(1) Cfr p. 73-74. et 197-198.

(2) Gilles de Delft, poète et théologien, mort en 1524, dont on connaît la traduction en vers latins de l'épître aux Romains. HURTER, *Nomenclator literarius*, t. II, col. 1142 ; FOPPENS, *Bibliotheca belgica*, t. I, p. 29.

(3) Le copiste avoue son embarras ; le P. Reypens confesse n'être pas plus heureux et juge le chronogramme faussé. Celui-ci est exact cependant (1500). mais il faut tenir compte de ce que la lettre D n'entre pas avec sa valeur numérique dans les chronogrammes de cette époque. On en trouvera de nombreux exemples dans les *Chroniques relatives à l'histoire de Belgique sous la domination des ducs de Bourgogne*, édit. KERVYN DE LETTENHOVE (Coll. de Chroniques Belges inédites), p. ex., t. I, p. 468, 476, 535, t. III, p. 517. Nous avons corrigé la faute du scribe en supprimant la capitale du D (sIdere).

(4) Le P. Reypens juge ces deux vers inintelligibles et nous ne sommes pas certain de les bien comprendre. Charles-Quint naquit le 24 février, jour qui aux années bissextiles était dans le calendrier romain le jour intercalaire (bis sexto kalendas martii). C'est sur la singularité de ce jour dans le calendrier que

quae fuit hora rogas qua gaudia tanta levantur :  
tertia vult ortum, vix sibi quarta tenet (1).

Eodem anno post pentecostem in aestate, quidam meus aliquando in litterarum ludo condiscipulus professionem fecit in ordine cartusiano in domo Vallis Regalis prope Gandavum : nominatur autem frater ille Iacobus de Officina, oriundus de f. 62v. Antwerpia emporio percelebri. Quam / professionem et auditura et visura venit illustrissima domina Ioanna regina Castelae (2), quae Gandavi etiamnum morabatur. Nam domus principis non admodum longe abest a domo ordinis nostri (3). Et ego cum ceteris etiam id temporis aderam. Illa cum suis heroinnis erat in sacrario et permanserunt ibidem usque dum divinum officium peractum fuit. Quo finito, statim egrediebatur et venit in aream quae est ante introitum templi, ubi currus erant eius et equi. Ibi tum propius accessi non tantum ut eam viderem, sed etiam ut audirem eam loquentem. Loquebatur autem nimis quam dulciter. Aspectus eius gratiosus admodum et valde modestus et affectu miti praedita mihi videbatur, quasi numine divino fuisse afflata ; prorsus digna rege uxori mihi visa est et regio honore digna. Deinde ipsa cum suis omnibus ascenderunt in currus et in equos et abierunt. Praedictus autem frater Iacobus fuit vicarius in domo professionis suae postmodum.

Anno eodem in festo S. Mariae Magdalene a priore domus huius domino Ioanne de Alosto, receptus fuit frater Ioannes Hallet, oriundus a Lessinia, ad statum monachi, qui anno sequenti et die praedicto professionem fecit in praesentia domini Caroli prioris huius domus. Idem vero dominus Ioannes multis annis fuit cantor chori et vivebat etiamnum anno 1529 (4).

porte le jeu de mots, d'ailleurs fort subtil, du poète. Cette petite syllabe ajoutée (c. à. d. *bis*) regrette d'être seule à désigner ce jour illustre du 24 février. C'est bien un « festivum carmen » dans le goût du temps.

(1) Tout ce petit poème se trouve également, mais sans capitales au chronogramme, dans le *Dagboek der gentsche Collatie*, édit. A.-G. SCHAYES, Gand, 1864, p. 506.

(2) Jeanne la Folle, épouse de Philippe le Beau.

(3) La chartreuse du Val-Royal avait été fondée à Royghem, en dehors des remparts de Gand, à peu de distance de la porte de Bruges. Après sa destruction par les hérétiques en 1577, elle fut transférée en 1584 à l'intérieur de l'enceinte, à l'emplacement occupé jusqu'alors par les tertiaires franciscains de la pénitence (fratres grisei). La rue et la place des Chartreux en ont conservé le souvenir. SANDERUS, *Gandavum sive gandensium rerum libri sex*, Bruxelles, 1627, p. 415-417. — RAISSIUS, *Origines cartusiarum Belgii*, Donai, 1612, p. 44-48.

(4) « D. Ioannes Hallet de Lessinia,... hic multis annis fuit cantor chori et obiit 2 decembris 1541. » PÉDÉ, p. 71.

Eodem anno 1500 tertio kalendas augusti in festo SS. Abdon et Senen obiit in hac domo venerabilis in Christo Pater dominus Ioannes Etterbeke de Alosto, professus et prior huius domus (1).

f. 63. Anno 1500 in festo S. Martini episcopi a domino Carolo Serraes priore huius domus receptus fuit in hac domo Ioannes Ammonius, oriundus a Gandavo, ad statum monachi, qui anno sequenti et die praedicto professionem fecit in praesentia domini Caroli prioris praedicti (2). Et idem frater Ioannes praedictus multis annis fuit in hac domo cantor chori et contulit huic domui plerosque bonos libros, et in primis Bibliam eleganter impressam et accurate correctam (qualis antea non fuit in hac domo) divisam in sex partes, cum glossa ordinaria et glossa interlinearia et glossa Nicolai de Lyra litterali et morali, cum additionibus Pauli Burgensis et replicis Georgii Dorinck, et concordantiarum annotamentis in marginibus (3). Litteras capitales cum lazurio

(1) « D. Ioannes de Etterbeke, alostanus, monachus professus huius domus, receptus a D. Arnoldo Kaerman priore et vestibus 12 decembris 1473, professus autem sub eodem priore anno sequenti eadem die, cantavit primam suam missam in die dedicationis ecclesiae anno 1475. Hic antequam profiteretur condito testamento voluit domum hanc succedere in bonis suis quae sibi successissent si mansisset in saeculo. Fuit aliquo tempore sed non diu procurator huius domus, quo autem praecise anno ignoratur, sed anno 1495, octobris 7, defuncto V. P. Gaspare Van der Stock huius domus priore, conventuales hunc D. Ioannem sibi in priorem elegerunt. Per cartam 1500 quasi de parcitate videtur accusatus, nam habetur in illa : « Priori domus Capellae non fit misericordia et solvat sine mora priori domus Antwerpiae 6 ducatos Hungariae de pondere quae mutuo dedit D. Livino pro viatico ad domum Capri hospitatum missos per Capitulum generale, nec recuset solvere taxam annuam pro redemptione illorum florenorum domus S. Annae sicut per patres provinciales concordatum est. » Post hanc cartam non diu supervixit ; obiit namque 30 iulii 1500. » Péde, p. 41. Le moine dont il est question dans la charte est Liévin Zoeten, cfr p. 125-128.

(2) Sur Jean Ammonius ou Van der Maude, le second auteur de cette chronique, voir p. XVII-XXII ; voir aussi à l'appendice III la notice de Péde, p. 209. On trouvera plus loin la notice qu'Ammonius consacre à son père Jacques de Arena, p. 163. En outre, il parle souvent de lui-même dans le cours de sa chronique (voir la table alphabétique). Au sujet les livres qu'il apporta au monastère, on peut comparer la note, peut-être de sa propre main, dans *Nécr. A*, 13 juillet : « Obitus parentum et amicorum fratris nostri Ioannis Ammonii monachi huius domus, qui contulit huic domui cum libros plusculos impressos et alia bona, tum praecipue bibliam qualis in hac domo prius non fuit, divisa in sex partes, ornata glosa ordinaria et glosa Nicolai de Lyra et glosa interlinearia, cum additionibus et replicis notis. » Voir aussi ce qu'Ammonius écrit plus loin au sujet des livres de Michel de Zarenbergh (Saremontanus), p. 148-149.

(3) Sans doute la bible en six volumes imprimée en 1498 à Bale par Froben. HAIN, *Repertorium bibliographicum*, t. I, 1826, p. 432-433, n. 3172. — Gesamt-katalog der Wiegendrucke, t. IV, 1930, n. 4284.

et minio fecit dominus Iudocus Hinckaert : sed croco illuminavit hanc bibliam idem frater Ioannes adiuvantibus eum quibusdam fratribus : et Gandavi fuerunt hi libri compaginati. Praeterea contulit idem et Postillam Guilielmi Parisiensis in epistolas et evangelia totius anni de tempore et de sanctis ; et his adiuncti sunt 3 libri salutares de patientia, eleganter compositi ab eruditissimo theologo et eruditissimo poeta Baptista Mantuano Carmelita oratione prosaica (1). Et hi quoque libri bene et correcte impressi et perpulchre sunt illuminati et signati et in bibliotheca positi. Item contulit idem epistolas illustrium virorum : quibus adiuncti sunt Libri 6 elegantiarum sive de lingua latina Lauren-

f. 63v. tii Vallensis, cum epitomatis / Ascensionis et linea Ant. Mancinelli. His adiuncti sunt etiam M. Tulli Ciceronis Rhetorices libri 4. ad Herennium et hos libros simul compaginavit in hac domo fr. Ioannes Bruno, de quo mox plura. Ceterum de reliquis libris quos tunc apportavit et quos postmodum acquisivit, alias fortasse commodius disseretur (2).

Anno 1501 receptus fuit in hac domo ad statum monachi fr. Ioannes Haesaert angiensis, et in festo S. Blasii episcopi et martyris fuit vestitus a domino Carolo priore huius domus et anno sequenti die praedicto professionem fecit in praesentia domini Caroli prioris praedicti (3).

Plinius refert aliquando sanguine pluisse ; quod nostra quoque memoria factum est. Siquidem anno 1501 cum novitius etiamnum essem inter cartusienses, die quodam magister meus dominus Iudocus Argillanus, de quo paulo ante mentio facta est, venit ad me mihiique plameum cuiusdam mulieris ostendit, quod fratres etiam ceteri viderunt, in quo diversis in locis erant veluti guttae sanguinis diluti ad modum crucis expressae. Per id tempus vulgo quidem dicebatur sanguine pluisse, sed quoniam scriptum est : qui cito credit, levis est corde, non facile verbis quae vulgo ferebantur fidem habuimus, donec id evidenter oculis nostris perspeximus. Has autem guttas mulier praedicta in peplo f. 64. suo apprehendisse dicebatur, postquam / sub divo deambula-

(1) Cfr HAIN, *op. cit.* t. I, p. 310-311, n. 2403-2409. — *Gesamtkatalog der Wiegendrucke*, t. III, col. 3304-3308.

(2) Il n'en reparle plus dans la suite de la chronique. Voir dans notre *Histoire de la Chartreuse de la Chapelle*, le chapitre sur l'humanisme à Hérimont (2<sup>e</sup> partie, chap. II).

(3) « D. Ioannes Hasart, angiensis,... obiit autem vicarius in hac domo 29 octobris 1538. » PÉDÉ, p. 67.

verat. Huius quoque pluviae Baptista Mantuanus meminit (ni fallor) alicubi in carminibus suis.

Anno eodem recepti fuerunt in hac domo ad statum monachi fr. Michael Saremontanus bruxellensis (1) et frater Ioannes Bruno Gandavensis (2) et in festo S. Luciae virginis et martyris fuerunt simul vestiti a domino Carolo priore huius domus et anno sequenti et die praedicto professionem fecerunt in praesentia domini Caroli prioris antenominati.

Item anno 1501 obiit 5 kalendas augusti dominus Petrus Beerincx lovaniensis vicarius huius domus, qui ante fuerat aedituus huius templi. Vir religiosus et peritus in arte musica, sed absonam habuit vocem, quasi concavitatem in palato suo non habuisset, ita canebat. Scripsit autem diversos libellos, 2 sermones divi Augustini, quibus explicat 34. capitulum Ezechielis prophetae, unum de pastoribus et alterum de ovibus et alia quaedam opuscula S. Augustini (3).

#### DE F. IOANNE ANDREA.

Circiter annum Domini 1446, fuit in hac domo receptus ad statum conversi Ioannes Andreas (4), quem circa finem vitae suae vidimus in hac domo virum sane quam religiosum, senemque admodum venerabilem et portarium huius domus, quod ministerium 3 denis annis prudenter est executus. Huic fratres fere omnes bonum perhibebant testimonium. Nam sicut scriptum est :  
 f. 64v. ex visu / cognoscitur vir et ab occursu faciei cognoscitur sensatus, ita patuit in hoc homine in tantum ut cum viro sancto dicere potuisset (nisi multum fuisset modestus) : auris audiens beatificabat me et oculus videns testimonium perhibebat mihi (5). Dicit namque Sapiens : quomodo in aquis resplendet vultus perspicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus (6). Quandoquidem in vultu, in oculis, in verbis huius hominis quaedam gratia relucebat, quae puritatem animae ipsius et sinceritatem cordis intuentibus indicaret. Multaque bona fecit opera

(1) Cfr p. 147-150.

(2) Cfr p. 121.

(3) Cfr p. 93.

(4) « F. Ioannes Andreas vel Andries,... dormivit in Christo 18 septembbris 1501. » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 4.

(5) Job, 29, 11.

(6) Prov., 27, 19.

tempore vitae sua et valde laudabiliter in ordine vixit annis 5 et 60. Dormivit autem in Christo 14 kalendas octobris anno 1501.

DE F. ADRIANO RUTERE DONATO.

Anno Domini 1490 circa festum S. Agathae virginis et martyris receptus fuit in hac domo Adrianus de Ruytere donatus et ministravit in domo culinarum. Non tamen fuit principalis coquus, nam archimagyrus erat F. Richardus conversus, et post eum F. Hugo conversus. Et obiit iste Fr. Adrianus hidropicus 9 kal. iulii anno 1502. Habuitque fratrem in nostra commorantem vicinia coniugatum qui nominabatur Guilielmus, eratque mercenarius domus nostrae, et pistor, et braxator, et hortulanus, et (uti solet dici) domine Fac totum. Multumque fideliter multis annis in domo inferiori ministravit.

f. 65.

DE DOMINO ANTONIO MOENS MONACHO.

<sup>1</sup> Anno 1456 receptus fuit in hac domo ad statum monachi Antonius Moens civis lovaniensis probus iuvenis, litteris latinis mediocriter imbutus, peritus in arte musica, et ut dicunt organista. Mansuetus homo, lenis et tranquillus (1). Qui postquam fuit professus in ordine factusque sacerdos, scripsit multos in hac domo libros, quia scriptor admodum elegans fuit; gradualia conscripsit complura, et homilias quae sunt in usu nunc in choro, et librum residuorum; quae residua sermonum et homiliarum in refectorio leguntur. Itemque sermones S. Bernardi abbatis, qui leguntur etiam ibidem; et librum qui iacet super pulpitum ante sedem sacerdotis iuxta summum altare; et alia multa. Fuitque fratribus multum dilectus. Et propter assiduos scriptitandi labores suos habuit gratiam tam in cibo quam in vino frequenter. Et prompte sequebatur conventum, etiam cum esset senex scipione fultus. Et omnia sacerdotis et monachi munia laetus et alacer obibat quamdiu potuit tam in choro quam in refectorio, quamvis in senectute sua chyragra et podagra multum laboraret. Cum in ordine diu non fuisse professus, quodam tempore hiemali, et in cellis cum nocturnas legeremus

(1) » D. Antonius Moens, receptus a D. Henrico Loe priore anno 1456, sacerdos factus Cameraci anno 1461, initio quadragesimae... » Pédé, p. 42.

vigilias, infirmarius qui ministrabat Antonio venit ad me dicens :  
 venito et me adiuva. Nam infirmum solus transponere a lecto  
 ad sedem non valuit infirmarius. Etenim ad quemlibet levem  
 tactum, miserabiliter exclamabat prae dolore : o mi Ioannes non  
 f. 65v. habes misericordiam erga me ? tu mihi / frustratim frangis pedes,  
 tu mihi tibias dirumpis, enecas me, Ioannes. Et tamen dubio  
 procul ita suaviter ac modeste cautimque tractavit eum infir-  
 marius ac si mater eius vel filia fuisset. Ecce quam verum est  
 quod alibi dicit Plinius : unicuique suus dolor videtur esse gra-  
 vissimus. Erat autem Antonius alioquin mire patiens, sicuti  
 semper fuit bonus et religiosus, sed non facile quisquam scire  
 potest quid aliquando sibi sit eventurum. Ceterum rite pre-  
 paratus et sumptis ecclesiae sacramentis, feliciter ad Dominum  
 migravit, idibus aprilis, tempore completoriis, praesente conventu  
 fratrum, psalmosque et precationes suppliciter recitante, eratque  
 dies illa Coena Domini 1503.

## DE F. RICHARDO PINNANT CONVERSO.

Circiter annum Domini 1461, receptus fuit in hac domo Ri-  
 chardus Pinnant, non longe ortus a Camberone (1). Et primo  
 quidem donatus, postea autem fuit conversus. Hic principibus  
 terrae notus fuit. Et aliquando coquinarius fuit in hac domo, et  
 alio tempore fuit etiam portarius. Cum autem ad aliqua negotia  
 profectus fuisset Bruxellam essetque non admodum bene dispo-  
 situs in corpore, de consilio medici sumptis catapotiis coepit magis  
 aegrotare atque ibi post dies non multos obiit nonis decembris  
 sepultusque fuit in domo ordinis nostri prope Bruxellas anno  
 1504.

f. 66.

## DE F. EGIDIO SAPPHELE DONATO.

Anno 1490 circa festum S. Agathae fuit in hac domo receptus  
 ad statum donati Egidius Saffe le braxatorisque ministerium  
 apud nos egit. Hic erat oriundus a Gandavo civisque gandavensis  
 ortus ex honesta bonaque progenie et apud nos religiose vixit.  
 Obiit 12 kal. augusti 1504.

(1) « Fr. Richardus Le Penant,... vestitus in die Epiphaniae anno 1467 et  
 expleto noviciatus anno in die Epiphaniae Domini 1468 professus... Obiit 5  
 decembris. » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 5. — Cfr p. 64.

## DE DOMINO FRANCISCO WELLE.

Anno 1473 in die S. Mattheiae apostoli receptus fuit in hac domo ad statum monachi a domino Arnoldo priore Franciscus Welle oriundus a Biervliet, de bona et honesta progenie (1). Hic fuerat Lovanii licenciatus in artibus in paedagogio Lili. Qui posteaquam professus fuit in ordine factusque sacerdos, religiose admodum et moderate multis annis vixit scripsitque libros diversos. Fuit etiam corrector in choro et in refectorio ordinatore ac dispositor eorum quae sunt ibi legenda. Praeterea fuit etiam quorundam novitiorum institutor et magister. Mihi porro videbatur esse vir bonae conscientiae. Denique inter nos aliquando dum familiariter in colloquio commentaremur, probe recordor eum dixisse : si Deo placeret, inquit, optarem in extremis meis non diu aegrotare lectoque decumbere, ne mea causa fratres vigilis et aliis incommodis afficerentur. Exaudivitque Deus preces eius et praestitit ei quod optaverat. Sicut scriptum est : desiderium pauperum exaudivit Deus, præparationem cordis audivit auris tua (2), f. 66v. Et iterum : non sprevit neque despexit deprecationem pauperis (3). Etenim fuit pauper spiritu. Et iterum scriptum est de Deo : voluntatem timentium se faciet et deprecationem eorum exaudiens, et salvos faciet eos (4). Usu venit igitur illi sicut optaverat, quandoquidem usque ad extremum vitae mortalis inambulaverat et ad templum venerat, quamvis in choro non persisteret. Fuit quidem diebus paucis aegrotus, non tamen decubuit, sumpsitque per se cibum et potum. Sed cum venisset ad eum infirmarius nocturno tempore, ad legendum cum eo matutinas de Domina, reperit eum in lecto iacentem atque defunctum 6 kal. ianuarii 1504.

Protinus autem cum nuntiatum esset in conventu dominum Franciscum esse defunctum, terror quidam invasit dominum Iudocum Argillanum magistrum meum atque ab illa die non bene habuit ad diem defunctionis suae (5). Simile quid accidit et matri meae priusquam ad ordinem venirem. Ego vero tempore illo quo

(1) « D. Franciscus Welle de Biervliet, receptus a D. Arnoldo Kaerman,... cantavit primam missam in die Epiphaniae Domini 1476... » PÉDÉ, p. 43-44.  
Cfr p. 73.

(2) Ps. (hebr.) 10,7.

(3) Ps. 21, 25.

(4) Ps. 144, 19.

(5) Cfr p. 96.

D. Franciscus obiit, tam aegrotus eram ut quando sepeliebatur  
 stare non possem, sed in cemiterio sedebam super unum sepul-  
 chrum legebamque cum aliis, ac me putabam prope diem mori-  
 turum. Deinde in choro nactus quemdam librum quem D. Fran-  
 ciscus scripserat, ex eo legi orationem D. Bernadini de S. No-  
 mine Iesu et protinus visus sum melius habere, paulatimque  
 f. 67. convalui, sic ut in hebdomada / Ascensionis Domini minis-  
 terium sacerdotis in conventu peragerem, tametsi nondum  
 plene sanatus ; ac tandem aliquando ab aegrotatione illa magna  
 plene sanatus fui. Deo gratias. Maioraque mihi post evenerunt  
 pericula (1), a quibus etiam Deus me liberavit : cui laus honor  
 et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen.

## DE F. ABSALONE DE BIERVLIET CONVERSO.

Anno 1478 fuit in hac domo receptus ad statum conversi Ab-  
 salon de Biervliet in die S. Antonii abbatis (2). De hoc fratre quid  
 dicam ? Nescit homo an odio an amore dignus sit, ut ait aposto-  
 lus, novit Deus qui sunt eius. Et discedat ab iniuitate omnis  
 qui nominat nomen Iesu. Fili mi, Absalon fili mi, Absalon, dixit  
 etiam pius ille pater. Ego vero cum essem aliquando aegrotus, et  
 fr. Absalon sanus, ipse mihi benevole et sollicite ministrait et  
 religiose ventitabat ad divina. Nichilominus christianus vide-  
 batur. Hic tamen post obitum suum dicitur fuisse repertus pro-  
 prietarius. At quis hominum scit quid sit homo nisi spiritus  
 hominis qui est in homine ? Forsan in extremis paenituit et con-  
 tritionem habuit : ego neque accuso eum neque defendo. Potest  
 eum defendere Deus qui omnia potest, si tamen obierit in statu  
 gratiae, quod mihi est incertum. Opto illi a Domino requiem et  
 pacem. Obit autem anno 1504, 4 kal. aprilis (3).

Si quis hoc tempore tantam habet fidem quantam habuit

(1) Allusion sans doute à ses premières difficultés dans l'ordre, qui apparaissent déjà dans la charte de 1529 citée par Pédé, p. 72 ; cfr append. III, p. 210. Ses grandes difficultés et son emprisonnement pour ses tendances luthériennes se placent vers 1539 ; cfr p. 212.

(2) « Anno 1478 hic in statu conversi professus est quidam F. Absalo van Crayenwerven de Biervliet in Hollandia (ut puto), in die S. Antonii abbatis ; cum autem per aliquot annos hic mansisset missus fuit anno 1484 hospes ad domum delphensem, sed anno 1497 ad hanc suaee professionis domum fuit remissus, in qua obiit 29 martii 1504. » Pédé, *Series conversorum*, p. 5. — Cfr p. 80,

(3) Son nom ne se trouve pas au *Néc. A.*

divus Gregorius papa ; si quis tantam in precibus efficaciam,  
f. 67v. si tantam in / edendis miraculis potestatem, si tantam dilec-  
tionem et sapientiam, si tantam providentiam et discretionem  
habeat quis hoc tempore quantam habuit divus Gregorius papa,  
imitetur illum in hoc quod fertur unum monachum proprietarium  
punivisse (1). Si autem nunc admodum raro potest inveniri qui  
tot virtutibus polleat quibus erat praeditus S. Gregorius, num-  
quid improbe facit qui pro iustitiae rigore sanctis patribus se  
vult aequare, qui neque per lenitatem, neque per fidem, neque  
per dilectionem eos valet imitari ? Quis nesciat : arguendi sunt  
increpandi sunt, castigandi sunt, puniendi sunt peccantes :  
utique. Atqui non audistis ; de coelo Pater omnipotens loquitur  
de Filio suo cunctis mortalibus dicens : ipsum audite. Quid igit-  
tur dixit ille quem audire iubemur ? Qui sine peccato est vestrum  
primus lapidem mittat (2) prior incipiat punire. Non vultis obe-  
dire ? Dominus Iesus saevitiae malum penitus excludit a discipulis  
suis tot parabolis ad clementiam et ignoscendi facilitatem provo-  
cans. Samaritanis Christum non recipientibus Ioannes et Iacobus :  
vis, inquiunt, dicamus ut descendat ignis de coelo et consummat  
eos (3) quemadmodum et Helias fecit ? Ab hoc affectu protinus  
revocat eos ad affectum mansuetudinis et acriter increpat dicens :  
nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit ani-  
mas perdere hominum sed salvare. Hunc imitamini si potestis.  
f. 68. Sicut scriptum est : qui dicit se in Christo manere / debet  
sicut et ille ambulavit et ipse ambulare (4). Intuemini tamen  
diligenter quid fecerit divus Gregorius : postquam enim mona-  
chum proprietarium damnavit, non cessavit pro eo precibus  
intercedere apud Deum, donec ei revelaretur quod anima eius  
ab aeterna damnatione liberata esset qui fuerat severe punitus.  
Sicut enim castigandi sunt peccantes, ita curandum est ne pe-  
reant animae pro quibus redimendis pretiosum Sanguinem suum  
Christus in cruce fudit. Qui dixerat suis discipulis : non est  
voluntas ante Patrem vestrum qui in coelis est ut pereat unus

(1) S. GRÉGOIRE, *Dialogorum libri IV*, cp. 55. MIGNE, *Patr. lat.* t. LXXVII, col. 420-421. — DENIS DE SAINTE-MARTHE, *Histoire de saint Grégoire le Grand*, Rouen, 1697, p. 105-108.

(2) Io., 8, 7.

(3) Luc., 9, 54 ss..

(4) I Io., 2, 6.

acere solet in cathedra sacerdotis ante summum altare. Et iterum alia littera transcripsit revelationes sanctae Catharinae de Senis et alia diversa. Hic Andreas erat homo robustus et statura sat eminentis, habens naturaliter sat bonam et sonoram vocem et inter canendum verba divina valde distinete et expresse pronuntiavit. Et quemadmodum colloquii tempore iuniores fratres admonere consuevit ut in coenaculo legerent quemadmodum scriptum est in libro Esdrae, distinete et aperte ad intelligendum; ita legebat ipse, opere docens quod aliqui docebat verbo. Qui tametsi anno 1500 (quo tempore novitus et recens in hac domo receptus fui) inter monachos senior domus esset, tamen omnia monachi munia, publice et privatim, sufficienter obibat; quae fratribus nostris admodum grata fuerunt. Hic etiam paululum supra frontem suam a nativitate habuit tuberculum, ferme ad dimidium nucis iuglandis modum. De quo paucis ante obitum annis,

t. 69. cum in rasura paulisper ibidem laesus esset, / sanies coepit effluere ac postea pellicula cecidit et ipse plane sanatus fuit. Atque ubi prius erat tuberculum, ibi postea permansit vallicula. Hic Andreas habuit etiamnum duos fratres in ordine cartusiensi professos, quorum alter quidem Robertus vocabatur monachus professus et sacerdos in domo sanctae Catherinae prope Antwerpianam; alterius autem fratris nomen ignoro, sed audivi eum fuisse professum in provincia Picardiae et ibi alicubi etiam priorem fuisse.

Anno 1470, quando fuit inchoata et primum inhabitata domus ordinis nostri prope Delft in Hollandia, Andreas iste noster cum quibusdam aliis fratribus huius domus missus est illuc (1), et in domo Sircsee fuit etiam aliquando hospes et, sicut opinor, in domo etiam Sanctae Gertrudis aliquando hospes habitavit (2).

(1) Cfr p. 68 et 90.

(2) PÉDÉ, p. 47-49, rapporte d'après les chartes des Chapitres généraux les difficultés de ce religieux : « Ita laudabiliter se gessit ut anni 1470 missus sit cum duobus aliis professis huius domus ad initiandam novam domum delfensem; ubi tamen non multis annis mansit sed hospes missus fuit ad domum in Scheut. In qua existens, venit sequens littera R. P. Generalis nostri anno 1480, quam habet Wailius bruxellensis : « Fr. Antonius humilis prior domus Maioris Cartusiae auctoritate Capituli et nostra qua fungimur super annum, ordinamus per presentes et seriose iniungimus, quod sub poena inobedientiae impleri volumus : ut D. Andreas de Tornaco hospes in domo D. N. de Gratia prope Brixellas ordinis cartusiensis, statim ibi profiteatur visis presentibus prima die capituli et de cetero pro professo ibidem habeatur, iniungentes priori et conventui ut in hoc nullam difficultatem faciant, nam ipsius loco D. Ioannes de Colonia eorum professus in domo Capellae profitebitur, quod similiter fieri volumus et iubemus.

Vixit autem in ordinè 53 annis et obiit in hac domo 15 kal. mar-  
tii anno 1507. Iste Andreas fuit discipulus domini Laurentii Mus-  
schesele dixitque se super terram non vidisse hominem tam  
eximie sanctum quam fuit praedictus iste D. Laurentius.

## DE F. PAULO COELS DONATO.

Fr. Paulus Coels donatus et auriga domus Capellae quo tem-  
pore fuerit receptus in ordine non reperi notatum. Erat autem  
homo fortis et ceptus robore, operam dans agriculturae, lignaque  
domum et ad molendinum grana vehens, aliaque laboriosa fa-  
f. 69v. ciens opera, / natus in nostra vicinia, cuius etiam fratrem novi-  
mus. Non tamen diu vixit in ordine, nam die quodam cum ce-  
cidisset ex iumento, laesionem sensit in pectore unde postea de-  
functus est. Obiit autem 16 kalendas ianuarii anno 1506.

## DE DOMINO IOANNE DELPHO MONACHO.

Anno Domini 1477 receptus fuit in hac domo Ioannes Pauli (1) in die conversionis S. Pauli apostoli. Hic erat batavus, sive ut  
nunc vulgo dicimus hollandus, natus in oppido delphensi, Da-  
ventriæ litteris latinis mediocriter eruditus, eo tempore quo  
Ioannes Synterius ibidem iuuentutem erudiebat ; non tamen hic  
Delphus noster discipulus fuit Syntherii, sed in alia classe locatus  
alium habuit praeceptorem, quamvis in eodem ludo mansitaret.  
Fuit homo gratiosus, flegmaticae complexionis, bonae indolis, in-  
genio satis acri praeditus et amator litterarum. Inter mathemati-

Datum Cartusiae 12 martii anno Domini 1480 sub sigillo dictae domus in tes-  
timonium praemissorum. » Il fit profession à Scheut le 23 avril 1480 (n. st.)  
d'après WALLIUS, *Collectaneum verum gestarum et eventuum in cartusia bruxellensi*  
(Bibl. royale de Bruxelles, ms. n. 3859), t. I, f. 16. — En 1483, on retrouve André  
de Tournai à Hérimnes ; la charte de 1484 l'envoie «ad hospitandum in domo Vallis  
S. Petri ad ordinis voluntatem, cum indigeat personis pro adiutorio chori. » Il  
n'y va pas à cause de ses infirmités. Les chartes de 1485 et 1486 lui défendent,  
sous peine du cachot, de troubler encore par ses lettres le Chapitre général.  
Celle de 1487 ratifie l'échange fait par les visiteurs entre lui envoyé à Monnik-  
huizen (Arnhem) et Corneille de Dordrecht, profès de cette maison, envoyé à  
Hérimnes. La charte de 1488 les renvoie tous deux à leurs maisons, en ordonnant  
encore à André de Tournai de vivre en paix. Celle de 1492 lui impose de nou-  
veau le silence ; celle de 1493 porte : « alios professos ne molestet et confiteatur  
iuxta dictamen prioris. » Enfin celle de 1498 renouvelle et confirme à son égard  
les ordonnances des prieurs, visiteurs et chapitres généraux.

(1) « D. Ioannes Pauli, alias Pau, delphensis... » PÉDÉ, p. 50.

cas artes fuit mediocriter peritus in arithmeticā et geometriā et in astronomiā, quibus artibus delectabatur ac perlībenter cum viris doctis conferebat, quos harum noverat artium peritos. Saepicule ventitabat ad eum geometres angiēnsis Ioannes Mostinch tonsor angiēnsis, qui in arte calculandi et geometriā nōmen habebat non exiguum in his locis. Praeterea multos habuit visitantes, quia homo erat satis facundus et sermone festivus et concilio f. 70. bonus. Sciebat non incite libros / compaginare, quod ministerium illi commissum fuit in hac domo. Habebatque penes se instrumenta ad operandū in cupro, in ferro, in ligno et si quis nostrum habuit aliq̄uid concinnandum, non gravate fratribus inserviebat, sive in cella sua sive in cellis aliorum. Dicebatque facete admodum : ego sum de genere sturnorum, nam in societate fratrum me iuvat esse. Et aliquando etiam fuit infirmarius, et male habentes pie tractabat, persaepe grato consolans eos sermone. Si quando medici aderant, in spaciamentis aut ad cellam eius veniebant, visitandi gratia studioseque cum illis conferebat de aegrotationibus et de viribus herbarum. Multas enim herbas et, earum vires plane noverat. Atqui mortalium nemo tam sapiens, nemo tam doctus, nemo tam bonus, quin sapientior, quin doctior, quin melior fieri possit. De se namque S. Hieronymus ait alibi : de quibus me rebus certum putabam, saepe numero magistros tamen adhuc interrogabam. Et hoc utique faciebat ut illorum responsione certior efficeretur, aut, si quid aliud sentiret, evidentius intelligeret. Ceterum optimus quisque non semper omnibus placet. Quod etiam illi contingit ut non omnibus placeret. Quamvis autem novitius ei nullus committebatur insituendus, iuniores tamen fratres eum fere omnes tam charum habebant ut nemini seniorum magis confiderent quam illi. Ad quem dum licuit confluebant.

f. 70v. Quae vero passus est / in ordine, testis est Deus. Aegrotavit autem et hydropicus fuit. Et tamen nesciebat primum quid pateretur, etenim venter eius cum durus et tumidus esset, arbitrabatur esse ventositates. Sed decoctionibus ebuli et aliarum herbarum sese balneabat usque ad pectus in magna cuppa. Quo saepe facto, in die quodam SS. Martyrum Cosmae et Damiani, venter solutus est et ex umbilico eius aqua effluxit copiosa, qua exanitione facta tam debilis erat ut prope diem putaretur moriturus ; at miserante Deo convaluit de infirmitate Deoque gratias uberes egit. Et sanatus etiamnum 4 aut 5 annos supervixit.

Postremo recurrente morbo et recrudescente, eodemque defunctus est. Tribus tamen diebus et tribus noctibus ante obitum suum iacuit super lectum suum angore correptus. Rogavit autem me cum adhuc sanus esset dicens : quando me videris laborantem in extremis, precor ut pro me legere velis ter orationem dominicam cum precatiunculis sicut habetur in libello de arte bene moriendi, quemadmodum quidam papa rogavit sacellatum suum. Deditque mihi exemplar supplicationum. Et feci sicut me rogarerat. Obiit autem 15 kal. maii anno 1508. Argentearum unum par ampullarum quarum usus est in sacris huic domui datum est a progenitoribus domini Ioannis Pauli. In quo defuncto hoc epitaphium scripsi :

f. 71. IN DOMINUM IOANNEM DELPHIUM CARTUSIANUM  
MONACHUM DOMUS CAPELLAE EPITAPHIUM.

Delphe decus fratrum vivendi norma bonorum,  
gratus eras rectis, te coluere boni.  
Vividus ingenio scripturas Delphus amavit,  
concilio pollens et probitate nitens.  
Saepicule aegrotos grato sermone levavit,  
promptus et infirmis officiosus erat.  
Præsto fuit multis opera vel primus ubique,  
propterea multo dignus honore fuit.  
Delphus in hoc tristi mundo mala plurima passus  
vivit apud superos ac bona summa tenet.  
Deo gratias.

DE DOMINO IOANNE BRUNONE.

Dominus Ioannes Bruno quo tempore fuerit in ordine receptus et professionem fecerit, a me supra scriptum est (1). Hic habuit patrum in ordine cartusiensi qui fuerat ibi procurator (2) eratque multiscius artifex eorum quae fiunt operum a monachis lau-

(1) Cfr p. 111. — PÉDÉ, p. 52 : « D. Ioannes Bruno vel De Bruyn, gandensis... »

(2) Il s'agit de Jean De Bruyn, de Herseaux (Flandre occ.), entré déjà prêtre à la chartreuse de Scheut, dont il fut le premier profès ; il y fit profession le 12 février 1459 (n. st.). Procureur de la même maison en 1460-1466, il en fut vice-en 1465-1470, de nouveau procureur en 1470-1494, enfin sacristain en 1497-1499. Il mourut le 8 mai 1499. Cfr WALLIUS, *Collectaneum rerum gestarum et eventuum in cartusia bruxellensi* (Bibl. royale de Bruxelles, ms. 3859), t. I, f. 15°.

dabiliter in cellis. Cuius auxilio noster cum adhuc puer esset, ut litteris imbueretur latinis, positus est primum in ludo anderlaciensi ; ac deinde litteris operam dedit Lovanii in ludo magistri Ioannis Standonici, a quo venit ad ordinem et ad domum Capellae. Hic naturaliter habuit vocem grandisonam ac suavem. Factus itaque sacerdos habebat exercitia cellae multa, / libros concinne compaginabat (1) operabaturque in cupro non inscite, tortularia fabricabat (a) et toremata quaedam torno faciebat ; patrum suum (qui non parum favoris in ordine fuerat adeptus) in huiuscemodi exercitiis imitabatur. Multosque habebat assiduo visitantes, raro per diem solus erat in sua cella ; ad studia litterarum non erat inclinatus, at in operibus manualibus diversis cotidie sese occupabat. Laudabat exercitium Marthae, otiositatem vituperabat. Proponebat sibi sententiam divi Hieronimi dicentis : semper aliquid boni operis facito ut te diabolus numquam inveniat otiosum (2) ; nam multa mala docuit otiositas. Quod utique verum est, sicut et illud quod ait Publius Ovidius Naso poeta :

Fertilis assiduo si non renovetur aratro  
Nil nisi cum spinis gramen habet ager ;

et iterum :

Cernis ut ignavum consumant otia corpus  
et capiant vitium ni moveantur aquae (3).

Probe igitur faciunt qui tempus omne bonis operibus impendunt, magis tamen sacerdotis est facere quod scriptum est : cogitatum tuum habe in praceptis Dei et in mandatis illius maxime assiduus esto (4). Quia sacerdotis est scire legem et secundum illam recte vivere et aliis etiam annuntiare, sicut scriptum est : interroga sacerdotes legem (5) ; labia enim sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent ex ore eius (6), quia angelus Domini exercituum est. Sed optima quaeque non omnibus placent. Postquam vero frater hic noster professus est, f. 72. venit ad eum suus frater natu minor cui / religionis desiderium

(a) Ms : fabricabatur.

(1) Cfr p. 111 ; il relie les livres apportés par Ammonius.

(2) *S. Hieronymi Opera*, MIGNE, Patr. Lat., t. XXII, col. 1078.

(3) *Tristes*, l. V, élég. 12, et *Pontiques*, l. I, élég. 5.

(4) *Eccli.*, 6, 37.

(5) *Agg.*, 2, 12.

(6) *Mal.*, 2, 7.

etiam dudum incesserat. Quod cum fratri suo aperuisset, eius ope receptus fuit ad statum conversi apud carmelitas Angiae, quia non erat litteratus. Porro frater noster non diu vixit in ordine. Nam cum subinde molestaretur aegrotationibus, naturae tandem concessit obiitque 3º idibus septembbris anno 1509, circa horam 5 mane, fuitque sepultus ante prandium. Sed quibusdam praefestinata sepelitio videbatur. Aderat tamen prior qui pro eo fecit rem divinam et exequias eius celebravit eumque sepe livit.

#### DE DOMINO IOANNE OORS MONACHO.

Anno 1474 receptus fuit a domino Arnoldo Ioannes Oors (1) bruxellensis ad statum monachi, iuvenis probae indolis, litteris latinis mediocriter imbutus, prout erant illa tempora. Qui post-teaquam in ordine professionem fecerat, ad sacros ordines etiam missus recipiendos, sacris initiatus est. Hypodiaconus primum factus, ac deinde alio tempore diaconus, nec ultra processit, quia temptationibus nescio quibusdam coepit affici. Et prior huius domus (sicut audivi) durus et asper illi fuit. Cuius assiduis increpationibus et afflictionibus sic erat oppressus ut sensum perdiderit. Bona quidem memoria tenaxque permanxit illi, sed intellectus et rationis organa fuerunt in illo violata, neque vires animae suae recuperavit umquam in vita sua super terram. Non defuerunt qui tempestive pro fratre loquerentur et domino Arnoldo priori f. 72v. dicerent / etiam modeste et cum reverentia quod ipse in quibusdam nimis severiter ageret cum iuniore fratre. At fratribus ille benevole monentibus non obtemperavit, non acquievit, responditque : meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula odientis (2); se porro non ignorare quid agendum esset. Quamquam autem dominus Arnoldus prior ita loqueretur, scimus tamen scriptum esse : si quis se existimet scire aliquid, nondum tamen cognovit quomodo oporteat eum scire (3). Et iterum Apostolus ait : dico per gratiam quae data est mihi, cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de se sentiat, supra quam oportet de se sentire, sed ita sentiat ut modestus sit et sobrius. (4) Dominus Arnoldus iste forte non bene

(1) « D. Ioannes d'Oorts, bruxellensis... » PÉDÉ, p. 5..

(2) Prov., 27, 6.

(3) I Cor., 8, 2.

(4) Rom., 12, 3.

memor fuit apostoli dicentis : et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate eos in disciplina et correptione Domini (1). Filius enim hominis (ut ipse ait) non venit ad perdendas animas hominum sed ad servandas (2). Iterumque apostolus ait : patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros ne pusillo animo fiant, hoc est ne despondeant animum. Illud autem quod apostolus docet episcopum non debere percussorem esse (3), non pertinet ad violentiam manuum, sed ad inguae acerbitatem, ne saevus et improbus sit obiurgator. Id enim divus annotavit Hieronimus. Quod fortasse nescivit dominus ille Arnoldus prior. Utcumque tamen res se habet, erat miserandum ; nam frater inutilis semper fuit et aliis onerosus, cantor tantum  
 f. 73. hebdomadarius erat, / quando sors eius venerat. In observationibus ordinis pulchre fuit institutus, quas etiam probe semper servavit, neque dixit neque fecit quidquam toto tempore quo novi eum quod obiurgatione dignum esset. Sequebatur conventum die ac nocte, atque hebdomadatim unus cum eo privatim monachus legebat horas versabaturque nobiscum sicut innocens ovicula (a). Antequam sensu deficeret scripsit librum cui titulus est obitus divi Hieronimi qui iacere solet in bibliotheca, et missale quidem postea coepit scribere sed non complevit, nam quod restabat dominus Arnoldus Beeltsens supplevit. Habitavit autem fr. Ioannes longo tempore in cella cui titulus erat K, quae anno 1502 fulmine tacta fuit tempore vesperarum vidimusque ibi signa quaedam maligni spiritus in pariete veluti indicia unguilarum, et ubi solebat Ioannes scribere dilaceratum et diruptum et deiectum sedile cum pluteo fuit. At vero in parte superiori domus, quaedam pars tigni fuit detracta et quod detractum est iacebat ibi in cumulo minutum ac si fuisset commolitum. Atque post dies paucos syderatus sive paralysi percussus fuit idem frater ita quod dextrum latus eius fuit invalidum. Claudicabat dextro pede dextraque manu parum se iuvare quivit, ac deinceps non veniebat ad chorum nec ad coenaculum nec ad capitulum, sed privatim legebat ad commodum suum quod potuit solus. Laici ministrabant ei curamque ipsius habebant ; praeci-

(a) Ms : sicut innocens ovicula antequam sensu deficeret. Scripsit autem librum...

(1) Col., 3, 21.

(2) Luc, 9, 56.

(3) I Tim. 3, 3.

pue tamen frater Godefridus Hareberghe aderat ei frequenter.  
f. 73v. Ac tandem senex effectus obiit anno / 1511 19 kal. ianuarii.  
Haec scripta sint ut posteri cautius agant cum fratribus suis et  
meminerint eos membra esse Christi et Christi sanguine re-  
demptos (1).

## DE F. HUGONE DE STEENBERGH.

Anno 1500 quando ego receptus fui ad ordinem, conversi 5  
fuerunt in hac domo, quorum primus erat vir sanctus et vene-  
rabilis fr. Ioannes Andreas portarius (2), secundus erat fr. Ri-  
chardus Pinnant (3), tertius erat fr. Hugo de Steenberg, quartus  
erat fr. Absalon de Biervliet (4), quintus erat fr. Laurentius de  
Vinea (5). Postea venit adhuc unus qui factus est in hac domo  
conversus, fr. Guilielmus de Platea (5). De quibusdam supra  
relatum est et infra de ceteri agemus. Et nunc referendum est  
de fratre Hugone qui sicut mihi visus sum intelligere, prius in  
hac domo donatus fuit, et postea factus est conversus. Hic plu-  
ries cum patribus fuit in domo Cartusiae Maioris tempore Capi-  
tuli generalis, sicut audivi ex ore eius. Et post obitum fratris  
Richardi Pinnant, fr. Hugo fuit in hac domo coquinarius. Sed  
uno vel duobus annis circa extrema vitae suae, caecus est effectus,  
quocirca successit ei fr. Laurentius in ministerio coquinae. Deni-  
que obiit 13 kal. aprilis anno 1512 (7).

## DE DOMINO LIVINO DULCI MONACHO.

Anno 1476 Livinus Dulcis civis gandavensis a domino / Ar-  
f. 74. noldo priore receptus fuit ad statum monachi in festum S. Ca-  
tharinae virginis et martyris (8). Hic naturaliter habuit bonam

(1) On peut comparer d'autres passages où Ammonius montre son peu de sympathie pour ses supérieurs et leur reproche une sévérité excessive, p. 67-68. Le prieur mis ici en cause est Arnold Kaerman.

(2) Cfr p. 111.

(3) Cfr p. 113.

(4) Cfr p. 115-117.

(5) Cfr p. 140-141.

(6) Cfr p. 128.

(7) « Factus est donatus in maio 1467, deinde conversus anno 1478... Fuit in hac domo aliquando coquinarius et in catalogo religiosorum et conversorum anni 1509 vocatur magister hospitum... Obiit senex 20 martii 1512. » Pédé, *Series conversorum*, p. 6.

(8) Liévin Zoeten, de Gand, cfr p. 78.

vocem eratque mediocriter in arte musica peritus et satis eleganter et nitide sciebat scribere. Qui professus in ordine et factus sacerdos, libros conscripsit diversos. Parum litteratus erat ; utcumque (a) tamen assiduitate legendi, scribendi, audiendi et interdum loquendi, scripturas intelligere potuit. Sed postquam dominus Arnoldus prior obiit, successit ei in prioratu dominus Iaspar, cuius tempore nescio quam ob causam missus fuit ad hospitandum in domo Silvae S. Martini prope Gerardimontem (1). Ubi supra modum graviter (sicut ipse mihi dixit) aegrotatione et dolore capitis fuit afflictus. Inde reversus ad domum professionis sua, non invenit requiem. Tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus nec habuit consolatorem. Quapropter clam abiit et profectus est ad domum Cartusiae Maioris, deducente eum viro quodam amico et ibi receptus habitavit ad tempus. Et magister illi datus est D. Ioannes Binchois scriba domus Cartusiae, qui oriundus erat a Binchio civitate Hannoniae ; magistrumque discipulus adiuvabat in litteris legendis et notandis quae plurimae feruntur undique ad illam domum. Quod tamen nonnullis non placuit quod hospes et extraneus sciret ordinis secreta, quae fiunt ibi et pene in toto ordine. Ibi igitur dum moratur, a domino Petro Rifi Patre Reverendo missus est in domum Vallis Sancti Hugonis (2) cum praedicti Reverendi Patris litteris sigillo munitis / ut ibidem vicarii officium administraret. Quod etiam fecit et aliquot ibi novitos instituit. Praedictas litteras postquam ad domum Capellae rediit ostendit nobis. Hinc absolutus rediit ad Cartusiam atque inde missus est in

(a) Ms : utrumque.

(1) « Anno 1488 coepit cogitare de mutatione loci et scripsit super hoc R. P. Generali, nam in carta illius anni dicitur articulo Capellae : Et hortamur. Livinum monachum ibidem ut se stabiliat in domo suae professionis ; alioqui comitimus visitatori principali ut eidem provideat sicut bona conscientia pro ipsius salute viderit expedire. Tunc missus videtur ad domum Silvae S. Martini, nam anno 1489 habetur in computu huius domus : pro expensis fr. Livini in domo Silvae 30 ct. Et anno sequenti in computu : Prior Silvae praeter 30 ct. quas habuit anno praeterito, adhuc habuit pro expensis fr. Livini 9 ct. 12 solid. Inde huc rediit et iterum scripsit ad Reverendum Patrem, nam anno 1492 carta Capituli articulo Capellae illum iterum monet his verbis : Et D. Livinus ibidem professus stabiliat se in eadem domo. Hoc apparenter facere non valuit, nam et hoc anno ad hanc domum vocatus fuit visitator provinciae, qui tunc erat D. Arnoldus Hukelen prior domus Monachorum, cui solvimus in computu 6 ct. 7 solid. et addit : propter fratres Andream et Livinum. » PÉDÉ, p. 55. L'autre moine cité dans le dernier extrait des comptes est André de Tournai, cfr p. 118.

(2) Chartreuse du Val-Saint-Hugues, près Arvillars, diocèse de Chambéry.

Italiam hospitatum fuitque hospes in multis domibus ordinis (1) ; quarum tametsi quaedam fuerunt opulentae, quaedam pauperes, in nulla tamen earum facere professionem voluit. Dixitque se nobis in loco fuisse ubi Hannibal poenus dux Cartaginensium quondam deduxit scopulos et montem rupit aceto (2) ut exercitu suo transitum faceret in Italiam. Sed quotannis quando potuit Livinus noster ventitabat ad Capitulum generale vel privatum (3) in Cartusiam eaque facultas ibi non difficulter acquiritur. Deinde fuit hospes in diversis domibus provinciae Franciae, praesertim in domo Divonis. Interim multum sibi profuit quod accurate sciebat scribere, namque scribendo libros illo tempore commodius acquirebat sibi necessaria.

Porro circiter anno 1503, cum suo more solito esset in Capitulo generali et dominus Petrus Vassor, prior domus Vallis Regalis (a) prope Gandavum principalis visitator huius provinciae (4), esset etiam ibi et sermonem habuisset ad congregatos ibi patres, Livinum et duos alios adhuc fratres curavit reduci ad domos professionum eorum. Quorum unus erat monachus domus bussoducensis dominus Adrianus, et alter monachus domus diesthensis dominus Iudocus ; quos quidam vir saecularis reduxit cui nomen erat Iudoco, qui fuit germanus frater domini Ioannis

(a) Ms : prior domus Regalis.

(1) « Suspicor ego quod in Italiam et nominatim ad domum ordinis nostri in insula Capri ex adverso civitatis Neapolis anno 1499 expensis domus professoris eius huius Capellae, quas prior noster, tunc Ioannes de Etterbeke recusavit restituere priori Antwerpiae a Capitulo generali reverso qui ibidem has expensas solvisse videtur, unde et prior noster in carta anni 1500 monebatur his verbis : Prior domus Capellae solvat sine mora priori Domus Antwerpiae 6 ducatos Hungariae de pondere quos mutuo dedit D. Livino pro viatico ad domum Capri ad hospitatum misso per Capitulum generale. Sine dubio anno 1499. » PÉDÉ, p. 55-56.

(2) Pétré ajoute ici la référence : Juvénal, satyra 10. C'est la fin du vers 153.

(3) Le Chapitre général siège du dimanche au jeudi soir : il ne lui est pas possible d'examiner toutes les questions complexes qui lui sont proposées, notamment celles qui concernent certaines provinces ou maisons en particulier. Aussi après le Chapitre général, les visiteurs de ces provinces sont invités à former un « chapitre privé » qui achève d'expédier les affaires en cours. Les chartes du Chapitre annuel portent vers la fin la mention « ad capitulum privatum vocabuntur priores domorum N. et N. »

(4) Pierre Vasseur fut l'un des supérieurs remarquables de l'ordre à cette époque dans les Pays-Bas ; il jouit de la faveur personnelle de Philippe le Beau et Charles-Quint. Cf. GOETHALS, *Lectures relatives à l'histoire des lettres, des sciences,... en Belgique*, t. I, p. 53.

f. 75. Binchois scribae domus Cartusiae Maioris (1). / Livinus autem posteaquam habitaverat 4 aut 5 annis in domo Capellae, iterum per litteras Reverendi Patris domini Francisci de Puteo iussus est ire hospitatum in domo Valencenarum. Nam Livinus frequenter scribere solebat, vel ad Ioannem Binchois, vel ad vicarium domus Cartusiae, D. Ioannem Gillardi quorum litteras et rescripta mihi quoque ostendit. In divina re peagenda Livinus aut Corporis Christi sumptione semper lachrymari solebat. Et quotidie unum brevem (2) legere praeter id quod habebat legere ex parte ordinis. At in domo Valencenarum non diu commoratus finem vitae mortalis habuit obiitque pridie nonas februarii anno 1516.

## DE FR. GUILIELMO DE PLATEA.

Circiter annum Domini 1504 receptus in hac domo fuit a domino Carolo priore Guilielmus de Platea ad statum conversi (3). Hic erat flander, ortus in pago qui dicitur vulgo Singhem, inter Gandavum et Aldenardum iuxta Scaldim, non longe a castro quod Gavere vocatur, ubi ab antiquis temporibus vannifici habitare solent. Iste Guilielmus antequam veniret ad nos habitum gestavit fratrum Praemonstratensium et habitaverat Gandavi apud sanctimoniales in domo leprosorum quae dicitur hospitatio divitum (4). At dominus Carolus prior huius domus cum esset cognatus fr. Guilielmi recepit eum ad ordinem nostroque vestivit habitu et professus anno sequenti laudabiliter vixit; non tamen diu namque post annos non multos aegrotare coepit et factus est hydropicus atque eodem morbo defunctus est 3 kalendas martii anno 1516.

(1) « ... Cartusiae Maioris. Hactenus Chronicon, sed ego maxime dubito an reditum D. Livini et aliorum duobus vel plus annis quam opportet non retulerit. Computus huius domus anno 1505 tantum habet expensas quasdam fuisse solutas pro fr. Livino, et anno tantum 1509 dum haec domus visitaretur per priorem domus gandavensis, solvimus illi 21 ct. et 14 solid. pro expensis, inquit, factis et expositis pro fr. Livino; et anno 1510 ex parte fr. Livini solvimus D. Ioanni Binchois 8 ct. 20 solid. Quidquid sit, erat in hac domo residens anno 1509 et habetur in catalogo professorum huius domus hoc anno tertius a priore vel immediate post antiquorem. » PÉDÉ, p. 56.

(2) Partie de l'office liturgique.

(3) « Fr. Guilielmus Van der Straeten, alibi de Platea... » PÉDÉ, *Series conversorum*, p. 7.

(4) « Het rycke Gasthuys ». SANDERUS, *Gandavum*, Bruxelles, 1627, p. 441.

f. 75v.

## DE DOMINO ARNOLDO STAMPION.

Anno 1505 pridie nonas maii receptus fuit a domino Carolo priore Arnoldus Stampion civis bruxellensis ad statum monachi, qui fuerat clericus saecularis et litterarum civilium scriptor in curia magni concilii ; et interdum quidem Gandavi, interdum vero Mechliniae se continebat. Prompte admodum sciebat scribere litteram praesertim currentem. Peritus gallicaee linguae et mediocriter latinae. Habebatque penes se formas et exemplaria ad concinnanda instrumenta civilia in quibus ordinandis et describendis erat satis tritus. Magnumque sperabatur commodum et ornamentum nostri ordinis fore si talis homo receptus fuisset a nostratisbus.

Postquam igitur professionem fecerat, suscepit et sacros ordines. At quandam tempore cum ea de causa Tornaci esset una cum procuratore nostro domino Egidio Stercke, aderat et dominus Guilielmus Bibaucius (1) procurator domus Gandavi cum suis. Et inter pocula D. Bibaucius iocabatur cum procuratore nostro, quod in bona spe posset vivere, quia iam seniculo prope diem fieret relaxatio et misericordia ; sed verum est quod alibi dicitur : non tam interest quid quo animo dicatur, quam quo accipiatur ; quandoquidem huiuscemodi scommata non semper aequo suscipiantur animo. Et dominus Bibaucius D. Arnoldo gratulaturus quod ad ordinem nostrum venisset, multum familiariter et benevole ei loquebatur. Arnoldus autem illo tempore post-  
f. 76. quam domum [rediit,] (a) / nobis ista retulit et mirum in modum benedicis Bibaucii verbis ne dicam adulationibus erat erectus : sperans fore ut a Bibaucio Vassori commendaretur, qui tunc principalis visitator huius provinciae erat (2). Et forsitan sic usu venit quemadmodum Arnoldus speravit. Atqui o bone Deus quid est homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam visitas eum ? Homo vanitati similis factus est. Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. Nam ecce Arnoldus sacerdos factus nondum sesquianno coepit febribus laborare quae erant satis acutae, et insuper vehementi dolore capitis afficiebatur. Neque somnum neque cibum more solito capiebat. Et alioqui sanus non erat homo multi cibi ac potus. Haec in hebdomada

(a) Ce verbe, ou un synonyme, a été omis par le scribe allant à la page.

(1) Sur Guillaume Bibaut, cfr p. 165.

(2) Cfr p. 127, note (4).

Pentecostes acciderunt. In solemnitate autem Eucharistiae post prandium accepta a priore facultate ivi ad infirmum ad adiuvandum eum si possem et ad consolandum, nam erat mihi vicinus proximus. Ibi conquerebatur mihi more aegrotantium (qui ministros immerito solent accusare cibosque bonos et deliciatos abominari) suas infirmitates. Inter haec statim ecce D. prior supervenit, cui infirmus : ego dixi cocis, inquit, ut paululum cerevisiae cum pane bullitum mihi praepararent et ecce decoctioni indiderunt oleum. Id cum purgarent coci, prior cepit obiugare aegrotum, quod non modo ridiculum sed etiam periculose videbatur. Quocirca vocavi priorem ad partem, quasi negotium aliquod ei essem commissurus, quippe qui postridie pro-  
f. 76v. fecturus erat / Antwerpianam dixique : « Domine prior, quid agis ? Multis diebus frater noster non cepit cibum, multisque noctibus parum aut nil dormivit et febris graviter laborat, debilis efficitur ; parce illi ne sensu deficiat » (1). Quibus clam auditis prior pauca benigne locutus abiit. Ac deinde paucis post diebus, absente priore, Arnoldus incidit in frenesim multisque diebus male habuit ; at vero tandem aliquando utcumque convaluit, sequebaturque conventum et munia sacerdotis obibat, idque religiose admodum.

Sed silere non debo quantum valuit in practica civili. Nam quodam tempore quibusdam saecularibus dominis a domo Capellae dandum erat instrumentum acceptilationis, quod prior noster commisit Arnoldo faciendum. Arnoldus vero tam argute concinnavit illud ut omnes mirarentur. Nam cum fuisset oblatum interrogabant domini postquam legerant illud : quis hoc composit ? Dictumque est illis : quidam monachus frater noster. Responderunt : prorsus indignum est ut talis homo apud vos in abdito delitescat. Hic Arnoldus libros secum contulit complusculos, quando venit ad ordinem, quorum maiorem partem domui Capellae reliquit, quibus omnibus nomen suum et sua professionis annum inscripsit. Anno 1516 cum aegrotaret, rite sumptis Ecclesiae sacramentis religiose defunctus est idibus septembribus. Vixit autem in ordine undecim annis.

Anno 1490 quidam Nicolaus, non longe a Tornaco ortus, fuit

(1) Rappel de l'accident arrivé à Jean Oors, cf. p. 123-125.

circa festum S. Agathae receptus in hac domo cum adhuc iuvenis esset, adiuvante eum F. Richardo converso nostro, et factus est donatus et tonsor fratrum. Consuevitque cum F. Richardo pergere si quo fuit proficiscendum. Prudens et modestus et domui fidus erat, pervenitque ad annos aetatis suaे si bene memini 50 aut etiam ultra. Fuit autem in victu sobrius. Denique morbo confectus ad extrema venit et religiose percepit de manu prioris Ecclesiae sacramenta dixitque (imperterritus, ut mihi videbatur) se non invite mori. Dicebatur autem Nicolaus et in festo S. Nicolai episcopi feliciter migravit ad Christum anno 1517 (1).

#### DE DOMINO EGIDIO FORTI.

Anno 1486 receptus fuit a domino Gaspare priore in hac domo ad statum monachi D. Egidius Fortis de Lenniaco qui venerat huc a Lovanio ubi habitaverat sacerdos saecularis, peritus in practica rerum ecclesiasticarum (2). In ordinis autem nostri elementis et observationibus tradendis, domino Egidio magister fuit et institutor dominus Ioannes Etterbeke alostanus. At dominus Egidius facta professione post aliquot annos factus est aedituus huius templi. Deinde post aliquot annos absolutus est f. 77v. ab hoc officio / factusque est procurator huius domus, quod ministerium ei magis accommodatum putabatur, quia sanguineae complexionis erat ut puto et mercurialis conditionis, agilis et satis acutus in negotiis obeundis. Quamquam autem libenter fuit in hominum sodalitate vinumque renense libenter potitaret, non tamen frequenter abfuit a matutinis horis, sed ad finem usque 2 nocturni mansit in choro et quotidie pro laicis primam celebrabat missam et priusquam ad sua negotia pergebat, epistolam in missa conventuali cantabat. Saepenumero tamen admonebatur a laicis, ut vespere tempestive cubitum iret; quod quia non fecit, sed in camera hospitum vel alibi cum saecularibus vel hospitibus fabulabatur diutius quam necesse fuit, ideo nonnumquam erat noctu somnolentus in choro. Et in senectute sua bene sensit quod quietem sibi necessariam saepe non sump-

(1) Son nom ne se trouve pas au *Nécr. A*, à ce jour.

(2) « D. Egidius de Stercke, alias Fortis, de Leniaco,... receptus anno 1486 in quadragesima,... anno 1497 factus est procurator. Pergit auctor secundi chronici satis mordaci et solito suo calamo, quae tamen hic describam ut fidelem me in describendis etiam vitiis ostendam... » PÉDÉ, p. 58. — Cfr p. 88.

sisset. Fuit autem plus quam 20 annis procurator, quo usque non valuit amplius praे senectutis imbecillitate administratio- nis illius obire negotia. Atque ingratus tunc etiam fuit absolutus, quia non ex animo patebat absolvī ab illo officio. Deinde in cella cum bene solus non posset mansitare, ordinatum fuit a priore ut habitaret in alia cella simul cum alio monacho simulque per- solverent horas quae privatim legi debent. Nam deficiente visu, neque celebrare neque alia sacerdotis munia quivit exequi.

l. 78. Neque / inambulavit usquam nisi fultus scipione, qui ne faceret in choro et aliis locis in conventu fratrum super saxum sonitum, corio fuit ab inferiori parte tectus. Porro multis annis quibus procurator fuit dominus Egidius erat tempus pacis et magna in rebus opulentia et copiosa ubertas in fructibus terrae. Denique confectus senectute et sumptis Ecclesiae sacramentis, dominus Egidius ad extrema vitae mortalis devenit, et miserabiliter su- bindē clamitans *ay my* decessit nonis novembbris anno 1521.

Anno 1503 recepti a domino Carolo fuerunt in hac domo ad statum monachorum duo iuvenes probae indolis oriundi a Gantvo, Iacobus Clericus (1) et Georgius Guilielmus (2) qui Parisiis et prius Gandavi simul operam dederunt bonis litteris. Et Iacobus quidem vestitus fuit 14 kalendas iulii, at vero Georgius 8 kalendas iulii. Et anno sequenti diebus praedictis professionem fecerunt in praesentia domini Caroli prioris antedicti.

Anno 1505 receptus fuit in hac domo a domino Carolo priore ad statum monachi Raso de Fonte, iuvenis probae indolis, oriun-

(1) « D. Iacobus Clericus vel Clercx, gandavensis, monachus professus huius domus, vestitus sub D. Carolo Serraes priore 18 iunii 1503 et eadem die anno sequenti sub eodem priore professus. Hic cum D. Georgio Willems... Gandavi primum, deinde Parisiis simul operam dederat boni litteris. Sacerdos est consecratus in adventu Domini 1507. Obiit autem prout habet nostrum calendarium 7 martii, sed pro more antiquo non indicat annum; ex eo tamen quo adiungit: qui quasi annis 50 religiose vixit in ordine, iudicamus illum obiisse circa annum 1553 et vixisse valde religiose. » PÉDÉ, p. 77.

(2) « D. Georgius Wilelmi vel Willems gandavensis,... receptus et vestitus sub D. Carolo Serraes priore 24 iunii 1503... Datur in archivis in procuratura una littera scabinorum gandensium qua Ioannes Willems civis et opifex et Margarita Hoestermans coniux eius parentes nostri D. Georgii dant D. Carolo priori ad opus monasterii annuatim redditum 30 solid. gross. Flandriae super civitate gandensi, ad onus anni anniversarii ac pitanciae piscium et unius pintae vini cuilibet monacho dandae, et in adventu cuilibet sacerdoti religioso unam pintam olei olivarum in perpetuum constituens. Littera est de 7 marti 1517. Hic fuit plus quam 23 annis sacrista in hac domo, nam anno 1524 hoc erat et 14 martii 1547 sacrista obiit. » PÉDÉ, p. 74-75.

dus a pago qui dicitur Moerbeke, qui venerat huc a Lovanio ubi habitaverat cum D. Petro Thomensi doctore utriusque iuris. Vestitus autem fuit in die S. Annae et anno sequenti professio-  
f. 78v. nem fecit / etiam eodem die in praesentia domini Caroli prioris. Hic autem Fr. Raso cum haberet quaedam ecclesiastica beneficia essentque multi qui rogarent ea sibi assignari, commode quidem sacerdos religiosus loveniensis a Terra sancta venerat, dominus Petrus, quem iussit ad se vocari fr. Raso et sua beneficia gratis et cum benevolentia illi contulit. Hic etiam fr. Raso fratrem germanum habuit carmelitanum apud carmelitas prope Angiam, vocabaturque D. Georgius. Et in spaciamentis apud nos quandoque salutarem habuit sermonem. Non tamen diu vixit sed adhuc satis iuvenis defunctus est (1).

Anno Domini 1509 receptus fuit in hac domo a domino Carolo priore ad statum monachi 4 nonas ianuarii Nicolaus Behault, oriundus a Montibus Hannoniae, probus iuvenis, et vestitus fuit in festo S. Agnetis virginis et martyris, et anno sequenti profes-  
f. 79. sionem fecit praedicto die in praesentia domini Caroli prioris antedicti. Huius fratris Nicolai parentes ordinaverunt ut quotannis in festo S. Agnetis virginis et martyris, ad portam monasterii nostri daretur pauperibus de uno frumenti modio panis, et fratribus pitacia et pinta vini et spatiamentum. Et idem fr. Nicolaus quando primam cantavit missam suam, habuit a parentibus suis ornamenta sacerdotalia valde pulchra et pre-  
tiosa, quae deinceps habebantur pro optimis in hac domo ; et  
f. 79. eode die obtulerunt etiam / calicem et duas ampullas argenteas quarum usus ab illo tempore usque nunc est in sacris. Et idem eius parentes fecerunt Montibus Hannoniae deaurari magna tabulam summi altaris (2), quam paucis annis ante jusserrat fieri Bruxellis dominus Ioannes Tielmannus, vir admodum venerabilis, sacerdos et curatus de Tollenbeke suis expensis, et

(1) « D. Raso de Fonte, alias Van den Borre, de Moerbeke,... vestitus in die S. Annae 26 iulii 1505... Raso noster gradatim ascendit ad sacros ordines, factus diaconus in decembri 1507, tandem sacerdos consecratus est Tornaci in septembri 1508. Postquam autem diu religioseque vixisset in ordine, obiit 21 septembris, quo vero anno ignoramus, quia nec calendarium habet et cartae Capituli nostri generalis huius temporis pleraque nobis desunt. Fuit hic etiam vicarius. » Pédé, p. 77-78.

(2) « Magnam tabulam summi altaris quae nunc pendet ad murum in ante-  
riori ecclesia ». Pédé, p. 80.

valvas eius ibidem depingi fecit, qui in senectute sua fuit in hac domo praebendarius. Et ydem parentes domini Nicolai dederunt 4 peripetasmata de rubro serico pellucenti, cum vittis et fimbriis etiam sericis et annulis aeneis ad ornamentum summi altaris. Et petierunt ut in festo S. Agnetis virginis et martyris ornamenta praedicta semper in usu haberentur solemniter. Item anno 1529 ordinaverunt ut una quotidie missa votiva privatim in hac domo celebraretur, vel a monachis si vellent, vel ab alio quovis sacerdote, et pecuniam dederunt sufficientem pro huiusmodi ministerio rite peragendo (1). Item ordinaverunt 50 Rhenenses aureos ad vitam D. Nicolai levandos annue semper a ministris domus illius in qua dominus Nicolaus moraretur. Item anno 1529 piae memoriae Ioannes Behault obiit et pro eo religiose a nobis celebratae sunt exequiae et mariti filiarum eius apud nos liberaliter parentaverunt (a). Item venerabilis vidua et religiosa femina mater domini Nicolai mantellum valde pretiosum postea dona-  
f. 79v. vit ad ornatum imaginis beatae Virginis Mariae quae est in / sacello anterioris ecclesiae. Itemque alio tempore bina ornamenta sacerdotalia accepimus a domini Nicolai parentibus, quorum artificium fuit huiusmodi ornamenta parare et vendere. Et phrygiones quoque erant et mercatores divites. Item frequenter nobis vinum propinaverunt. Item a sororibus domini Nicolai aut ab eius matre singulis monachiis donata fuere ploralia. Praecipue

(a) Ms : sunt parentati, corrigé par le copiste en : parentaverunt.

(1) *Nécr. A*, f. 67 : « Copia obligationis de missa votiva », lettre du prieur Charles Serraes reconnaissant l'obligation contractée par le couvent contre le versement d'une somme de 720 florins. Le texte est reproduit par PÉDÉ, p. 68-69. Cette convention avait pour but de soulager la chartreuse dans une situation financière inextricable, produite par les taxes énormes levées pour subvenir aux frais des guerres de Charles-Quint. L'année même où il acceptait les propositions de l'orfèvre montois, Charles Serraes vendait une partie de l'argenterie : il en réalisa pendant le carême pour un poids de 6 marcs d'argent ; cfr p. 208. L'histoire postérieure de la fondation de Behault nous est connue : sous la pression de la nécessité, les moines avaient immédiatement employé l'argent à payer leurs dettes et à acheter les vivres nécessaires ; ils ne purent reconstituer le capital à placer avant la ruine du couvent par les iconoclastes. Les religieux qui leur succèdent se plaignent d'avoir la charge sans les revenus, le visiteur Hercule Van den Winckel la réduit à quatre messes par semaine (vers 1600-1610). En 1615, le couvent et le prieur Jérôme De Wijdts demandent au Chapitre général que l'application de la messe privée de la Vierge, qu'on dit d'après les statuts de l'ordre, puisse satisfaire à l'obligation contractée. Sur commission du Chapitre la demande est accordée par les visiteurs Jacques Denys et Jean Van Emmechoven. PÉDÉ, p. 111.

tamen nobis succurrerunt commodando pecunias quando nobis exactiones a dominis terrae fuerunt impositae. Praeterea diversis temporibus innumera nobis praestiterunt beneficia. Ut de laicis interim nostris taceam, qui et ipsi saepe grata munuscula ab ipsis receperunt (1).

Porro dominus Nicolaus semper habitavit in cella supra sacristiam, quam cellam accurate accomodavit ad commodum suum et pellucibiliter adornavit. Et ipse quidem acri ingenio praeditus, litterisque latinis mediocriter eruditus, praestantissimorum Ecclesiae doctorum sibi volumina comparavit, nempe Origenis, S. Cipriani, S. Basilii, S. Ioannis Chrysostomi, S. Athanasii, S. Augustini, S. Bernardi, S. Ioannis Damasceni, Ioannis Cassiani, S. Prospere et aliorum alia multa, quibus evolvendis utiliter semet occupavit et fructuose tempus deduxit. Verum ne videar in os laudare eum videlicet qui inter nos etiamnum vivit, ad alia nunc transeamus (2).

#### DE F. IOANNE STEEMAN DONATO.

f. 80. Multis annis mercenarius huius domus fuit Ioannes / Steeman habueratque uxorem quae fuerat vidua quando duxit eam. Cuius maritus Laurentius nomine fuit in hac domo percussus a iumento, qua laesione obiit quoque ille. Porro Ioannes in silvis nostris caedebat ligna et ea nobis parabat et in autumno legebat in pomario nostra poma. Hinc quodam tempore cum essemus in spaciamento et ipse poma legeret staretque in summitate scalarum et fabularetur cum monachis, gradus cui instabat inopinato rumpebatur ceciditque homo deorsum in terram casumque dextra sua sustentavit, sed graviter admodum fuit laesus. Postea tamen utcumque convaluit, multaque opera manualia probe sciebat operari. Postquam autem uxor eius erat defuncta, sepulta fuit apud nos sub

(1) Pépé, p. 81, donne en un tableau la « familia huius domini de Behault » avec la mention : « Hi omnes variis vicibus nobis benefecerunt, ut videndum est in manualibus procuraे huius domus. R. I. P. » Du père du moine, il dit : « D. Ioannes de Behault, dives mercator et artifex ornamentorum ecclesiasticorum, habitabat Montibus circa domum ubi blada venduntur. »

(2) Pépé complète la notice d'Ammonius qu'il reproduit en entier : « D. Nicolaus de Behault montensis,... vestitus in festo S. Agnetis virginis et martyris 21 januarii 1509,... et eadem die anno 1512 cantavit hic suam primam missam... Recordor me alicubi legisse quod D. Nicolaus fuerit hic sacrista, sed hoc in praesenti invenire non possum. Quidquid de eo sit, 50 annis laudabiliter vixit in ordine et obiit 11 januarii 1559. » (p. 77-81). — Nécr. A. 11 janvier.

arbore castanea, ante cellam vicarii. Deinde petiit ipse a nobis recipi ad statum donati, atque receptionis suae tempore dedit unicuique monachorum unum par solearum. Porro ut esset aliquando portarius noster, ea fuit causa (tamen non principalis) ut a nobis reciperetur, quia multis annis habitaverat in nostra vicinia, sciebatque mores et consuetudines huius domus. Sed non diu vixit in ordine. Siquidem posteaquam receptus fuit et vestitus anno 1 vel 2, incidit in aegrotationem unde et defunctus est pridie nonas augusti et magnum sui desiderium fratribus quibusdam reliquit, quia vir bonus erat et fratribus benevole ministravit. Appositusque fuit ad uxorem suam (a) et sicut in evangelio scriptum est : erunt novissimi primi, etc., ita illi con-  
f. 8ov. tigit, nam illo tempore novissimus erat in hac / domo receptus et primus a Domino vocatus est.

## DE GODEFRIDO HAREBERGHE DONATO HUIUS DOMUS.

Anno 1490 circa festum S. Agathae virginis et martyris, fuit in hac domo receptus ad statum donati Godefridus Hareberghe lovaniensis, cognatus domini Iasparis prioris et diversa huius domus negotia diligenter hic administravit. Fratribus satis favorabilis, homo festivus sermone et bene linguatus, et quasi sobrius ipse aliis saepe iocos movebat. Qui quodam tempore cum scabiosus esset, a quibusdam putabatur esse leprosus, quamobrem missus est ad sanctimoniales habitantes in domo leprosorum Gandavi, quae nuncupatur hospitale divitum (1), ut ab ipsis ibidem examinaretur. At ille remissus ad nos iudicatus est non esse leprosus. Iste Godefridus sicut ante a me positum est, solitus est praecipue curam habere hominis innocentis domini Ioannis Oors bruxellensis (2). Porro diebus non sane multis antequam obiit, die quodam mane quando missa conventionalis celebrabatur et post consecrationem ego claudebam ianuam chori, quae est iuxta sedem prioris, prior autem non erat domi et ibi fr. Godefridus : ubi est, inquit, vicarius ? Est, inquam, hic in choro. Cito, inquit, evoca illum huc ad me. Qui cum venisset, ad illum sacramentalem fecit confessionem, quia sentiebat

(a) La date a été ajoutée en marge : anno 1524.

(1) « Het rycke gasthuys », SANDERUS, *Gandavum*, Bruxelles, 1627, p. 441.

(2) Cfr p. 124-125.

f. 8<sup>t</sup> se valde male dispositum in corpore. Deinde properavit ad cel-  
lam suam, proiecitque se super lectum suum, de quo nisi pro  
corporis curatione non descendit usque ad / diem mortis sua. Sumptis itaque rite Ecclesiae sacramentis obiit quarto nonas octobris anno 1524.

## DE DOMINO IOANNE LELLOE MONACHO.

Anno 1479 in festo Purificationis beatae Mariae Virginis fuit in hac domo receptus ad statum monachi dominus Ioannes Lelloe saecularis sacerdos, oriundus de prope Nivellam. Hic pos-teaquam fecit professionem in ordine scripsit 2 quinquagenas secundam et tertiam commentariorum divi Aurelii Augustini in psalterium davidicum, qui solent iacere in bibliotheca libri. Et alia quaedam praeterea scripsit. Hic etiam fuit per aliquod tempus aeditus huius ecclesiae, a quo / ministerio absolutus factus est cantor chori, quod ministerium multis annis adminis-travit. Quia sicut robustus erat corpore sic etiam fortem habe-bat vocem, satisque bonam si bene regere scivisset eam et gubernare, sed in arte musica non fuit peritissimus. Deinde postquam obiit dominus Petrus Beerincx vicarius huius domus, successit ei in hoc ministerio. Ac deinceps multorum fuit magister et institutor novitiorum, quibus prima ordinis cartusiani tradebat elementa, observationes et ceremonias, quomodo deberent eas observare nocte et die ubique temporum, ubique locorum.

Fuit etiam corrector aliquando et ordinator eorum quae legenda sunt in choro et in refectorio. Atque temptationibus multis interim f. 8<sup>v</sup> et infirmitatibus et afflictionibus / et aegrotationibus frequenter afficiebatur. Quibus tandem incommodis eius aliquando ferocitas curabatur (a), domitabatur, mitigabatur, sic ut in annis senilibus animositate eius iam reflaccescente, placidus et levus esset. Infirmitas enim et afflictiones si moderate tolerantur, et introducunt in animam hominis, favente Deo, multas virtutes, patientiam, probationem, spem bonam erga Deum, namque virtus in infirmitate perficitur (1). Et ita fit quod scriptum est : beatus vir qui suf-fert temptationem nam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus iis a quibus fuerit dilectus (2). Et

(a) Ms : cicurabatur.

(1) 2 Cor., 12, 9.

(2) Iac., 1, 12.

ideo monebat Paulus apostolus Timotheum discipulum suum dicens : esto particeps afflictionum evangelii iuxta patientiam Dei, qui salvos nos fecit et vocavit vocatione sancta. Et iterum : tu feras afflictiones ut bonus miles Christi, nam si commortui, inquit, fuerimus, et convivemus (1) ; si sufferimus, et conregnabimus. Item S. Ignatius ad S. Policarpum ita scripsit : sta firmus sicut incus ; magni enim athletae est, vapulare et vincere (2). Hoc ille. Qui vero afflictiones et tentationes ferre moderate recusant, nimis quam insipienter agunt. Quia non nisi per multas afflictiones oportet nos intrare in regnum Dei. Si enim oportuit pati Christum et ita intrare in gloriam suam, quanto magis homines peccatores in adversis debent esse patientes. Si quidem afflictiones admonent hominem ut a malo resipiscat et f. 82. cum psal / mista cantillet Deo : cogitavi vias meas et converti pedes meos in testimonia tua (3) ; quasi dicaret : quando coepi cogitare qualiter hactenus vixi, quam saepe et longe discessi a via veritatis et iustitiae, corde contrito indolui, et in animo meo proposui deinceps non secundum voluntatem meam, neque secundum voluntatem stultorum hominum, sed secundum tua Domine praecepta vivere ; quae praecepta nobis testimonia sunt tuae voluntatis et quid acceptum sit tibi nos evidentius edocent. Quapropter aequo dicamus animo : si bona de manu Domini suscepimus, mala quare non sustineamus ? (4) Operae pretium igitur facturus videor, si duo, hoc loco versiculos alias a me compositos adscripsero :

Qui mala pro Christo prorsus nunc ferre recusant  
Cum Christo in patria non laetabuntur et olim.

Sed redeamus unde paululum digressi sumus (5). Inter alias incommoditates quibus afficiebatur dominus Ioannes Lelloe, podagra saepe fuit illi permolesta, qua circiter vitae sua finem sic erat attenuatus ut non nisi aegre admodum quiverit ambulare idque non absque scipione. Denique postremo die quo vixit inter nos erat 2<sup>dus</sup> dies minutionum mense iulio et post prandium quidam fratres ibant ad campos, ipse vero manebat domi (6). Illo

(1) II Tim., 2, 11.

(2) MIGNE, *Patr. gr.*, t. V, col. 721-722.

(3) Ps. 118, 59.

(4) Iob, 2, 10.

(5) PÉDÉ qui reproduit, p. 95-96, la notice d'Ammonius, omet cette longue série de développements et de citations sur la patience.

(6) Les anciennes coutumes cartusiennes prescrivaient la saignée à tous les

tempore ego etiam ita sciasim patiebar ut extra septa monasterii non irem. Ipse pergebat in hortum pomorum et praecoqua f. 82v. pyra unum aut alterum collegit ibi. / Non erat quidem aegrotus corpore, sed pedibus dumtaxat non fuit firmus; inambulabat autem scipione fultus. Deinde venit ad portam ostenditque nobis fructum novum. Deinde post sesquihoram cum esset nobiscum in choro, circa finem divini officii velociter quantum potuit exi-  
vit e templo sic ut aliqui mirarentur. Et cena facta unusquisque fuit in sua quiete. At matutino tempore ut vidi infirmarius vica-  
rium non adesse in choro, ivit ad cellam eius: et ecce ibi neque cuculla neque tunica superiori vestitus iacebat homo ante lectum suum defunctus; quem infirmarius prius offendit pedibus quam usurpavit oculis. Nam etsi cum lucerna venit, oculos tamen ad lectum coniecit, non ad solum ubi iacuit pedibus ad lectum versus, capite versus lectulum quem vocant misericordiam, ad cuius stipitem ut opinamur laesus habebat vulnus in capite, non magnum quidem quia testa capitis non erat fracta, sed pellis tantum soluta fuit cum modica sanguinis effluitione. Ibi sicut autumamus vesperi cecidit, quando exuebat vestimenta sua exteriora, parans se sumpturus coenam: quandoquidem mensa parata erat, cibusque mensae superpositus et illibatus qui pro cena vesperi cum potu fuerat ministratus. Iacuit autem supinus sicuti finitis matutinis vidimus, interioribus vestimentis et capi-  
tio vestitus, ac toto corpore extensus. Et iste quidem hoc modo decessit 4º nonas iulii anno 1525.

f. 83.

## DE F. NICOLAO OSTE DONATO.

Nicolaus Brekpot et Nicolaus Oste uno die unoque anno fue-  
runt in hac domo recepti a domino Carolo priore ad statum dona-  
torum. Ambo nati in nostra vicinia, quorum parentes probe  
novimus. Porro Nicolaus Brekpot in adolescentia sua Tornaci ha-  
bitavit, ubi et gallice loqui et tonsoris artificium didicit et, recep-  
tus a nobis, fratrum huius domus tonsor fuit. Et post obitum domi-

moines cinq fois par an, à jours fixés. Les trois jours qui suivaient, les moines bénéficiaient d'un régime moins austère et avaient quelques récréations. La saignée devint peu à peu facultative, puis tomba en désuétude, mais les quelques jours de répit relatif restèrent comme souvenir de la coutume ancienne. Cf LE MASSON, *Disciplina ordinis cartusiensis*, nouvelle édition, Montreuil, 1894, p. 113-115 et 437. Le Masson fait à ce sujet de curieuses considérations sur l'affaiblissement qu'il croit constater dans les tempéraments.

ni Francisci de Puteo prioris Maioris Cartusiae, quando dominus  
 Guilielmus Bibaucius factus est prior istius domus (1), fr. Nico-  
 laus Brekpot illuc profectus est cum eo et postea domum rever-  
 sus aliis temporibus pluries cum diversis prioribus huius pro-  
 vinciae visitatoribus profectus est ad Cartusiam tempore Capi-  
 tuli generalis. De quo fratre nunc amplius non scribo, quando-  
 quidem etiamnum apud nos vivit. At vero frater Nicolaus Oste  
 diligens pistor et braxator huius domus fuit. Et antequam ad  
 statum donati receptus erat, diutile ministravit in coquina, sed  
 non diu supervixit in ordine. Huic fratri Nicolao acerbus inimi-  
 cus erat fr. Laurentius de Vinea, coquinarius huius domus, qui  
 an exstiterit causa mortis eius, Deus scit, ego temerarius iudex  
 esse nolo. Denique postremo die quo vixit inter nos dies erat  
 dominicus. Et ipse quidem fr. Nicolaus non erat aegrotus. Deinde  
 post prandium cum adasset doliarus huius domus, vicinus nos-  
 ter, cum uxore sua ante portam, fr. Nicolaus ibat ad eos atque  
 f. 83v. in humuleto / ante portam sedentes inter se commentabantur  
 habentes poculum cervisiae. Deinde post horam dimissis amicis  
 suis fr. noster in claustrum rediit, paulatimque coepit male habere  
 sic ut ante concubii tempus moreretur. At ceteri timentes ac sus-  
 picantes id accidisse morbo contagioso, posuerunt defunctum in  
 loco ubi solet pro laicis haberi sermo. Postridie vero mane regres-  
 si defunctumque nudum intuentes et lavantes et ad sepulturam  
 parantes, nullum penitus in toto corpore signum contagiosi  
 morbi repererunt. Erat autem adhuc iuvenis, annos fortasse  
 natus 30, simplex ac modestus, ad laborem promptus et fra-  
 tribus benevolus. Patrem suum superstitem etiam reliquit, ha-  
 buitque fratrem nomine Petrum natu maiorem, qui pluribus  
 annis fuit mercenarius et mediastinus huius domus. Et iste  
 quidem F. Nicolaus ita defunctus est 7 idus augusti anno 1525.

#### DE F. LAURENTIO DE VINEA CONVERSO.

Anno 1485 receptus fuit in hac domo Laurentius de Vinea  
 ad statum conversi (2), qui postquam professionem fecit in ordine  
 erat ultimus 5 conversorum huius domus, et quemadmodum  
 supra dictum est, successit fr. Hugoni de Steenberghe in minis-  
 terio coquinae, permansitque in illo officio usque ad diem mortis

(1) Voir plus loin, p. 140.

(2) Laurent Van den Wyngaerde, cfr p. 88, et note (2).

suae qui fuit 8 id. septembbris 1526; sucessitque illi in ministerio culinae fr. Adrianus de Ruytere, de cuius patruo, qui vocabatur etiam Adrianus de Ruytere, supra satis ut opinor a nobis scriptum est (1).

#### DE F. IOANNE COPPENS DONATO.

f. 84. Circiter annum Domini 1503, receptus fuit in hac domo ad statum donati a domino Carolo priore Ioannes Coppens ac deinceps ministravit semper in coquina, nisi quando ad alia negotia mitteretur, eratque peritus admodum in arte coquinaria quantum ad nos attinet, homo simplex et absque malitia. Qui natus fuit et educatus in nostra vicinia, cuius patrem et fratres probe novimus. Et ipse quidem fratribus erat satis obsequiosus et in suo ministerio diligens. At ultimo die suae mortalis vitae, cum super humerum suum cum alio quopiam portaret in vecte cacabum vivis piscibus plenum ad piscinam, ibique ut venerunt ex humeris suis onus deposuerunt, et ecce ibi homo repente corruit amisitque loquela et ita reportatus fuit ad cellam suam, duosque vel tres dies sine cognitione sine loquela iacuit super lectum suum. Ibique ministratum fuit illi sacramentum extremae unxionis atque ita denique defunctus est 17 kal. octobris anno 1526. Porro adversitas haec quando sic fratri huic contingit, ego sensi in memetipso mirabiliter, nescio quomodo, spiritum meum non consentientem morti fratris huius sed contradicentem, et fratri compatientem, cum tamen ista quod sciam numquam dixerim alicui, satis sollicitus ut aliquando sapientiores interrogarem quid haec sibi vellent. Quod autem suspicor, nunc non est narrandi locus (2). Quapropter ad alia transeamus.

f. 84v.

#### DE IOANNE ANTONIO DONATO.

Anno 1485 receptus in hac domo fuit ad statum donati Ioannes Antonius bonus et simplex homo, quem tempore visitationis numquam in aliquo audivi accusatum. Et quamvis parumper uno pede claudicaret, sedulo tamen fratribus ministravit fuit-

(1) Cfr p. 112.

(2) Rapprocher cette insinuation d'Ammonius de celle qu'il fait plus haut au sujet de la mort du convers Nicolas Hoste, p. 140.

que multis annis portarius huius domus. Obiit autem pridie kalendas maii anno 1527 (1).

DE F. IOANNE OOMKEN DONATO.

Franciscus Meulenbergh et Ioannes quem Oomken nominant quia fuit avunculus praedicti Francisci, pariter uno die et uno anno recepti fuerunt ad statum donatorum a domino Carolo priore huius domus. Ambo nati et educati in nostra vicinia, sed Franciscus duobus aut tribus annis antequam donatus fieret, ministravit in coquina et ideo tametsi maior natu erat Ioannes quam Franciscus, Franciscus tamen in ordine avunculum semper praecedebat. Posteaquam vero simul recepti fuerunt, etiam simul operabantur, cum plerumque alibi, tum praesertim in pistrino, panemque accurate elaboratum nobis ministrabant. Sed Ioannes non diu vixit in ordine, nam die quodam cum rediret a convivio in quo Angiae fuerat liberaliter exceptus cum alio fratre, occurrit fratri Ioanni quidam iuvenis Herinensis in itinere equitans post meridiem; fortasse ille fuit etiam bene potus.  
f. 85. Cumque inter se iocarentur et luderent, nescio quid / frater noster ridens a praedicto iuvene recessit, metuque concepto sive ab equo, sive a ludo insolito, rediit cum fratre domum. Deinde coepit paulatim male habere, neque solum de hac infirmitate non convaluit, sed etiam mente paululum imminuta, 6 aut 8 dies lecto decubuit; cumque iam propemodum deficeret, unxionis extremae sacramentum fuit illi ministratum a priore nostro atque ille ita decessit 8 kal. septembbris anno 1528.

DE DOMINO MICHAELE DE CASSILETO.

Anno 1477 receptus fuit in hac domo in cathedra S. Petri apostoli iuvenis quidam probus qui nominabatur Michael oriundus a monte Cassileto, qui cum Ioanne Paulo de quo paulo ante scripsi Daventriae litteris operam dedit latinis, ubi in studio litterarum usus est praceptor Ioanne Syntherio, cuius ob singularem eruditionem (prout illa ferebant tempora) nomen longe lateque clarum erat (2). Frater autem Michael postquam professionem fecit in ordine, factus est vir admodum religiosus, et

(1) Cfr p. 88, où il est appelé Jean Thonis.

(2) Cfr p. 119. — FOPPENS, *Bibliotheca Belgica*, t. II, p. 731.

sacerdos devote Deo serviens. Habuitque naturaliter bonam  
 fortemque vocem, et ob id pluribus annis fuit cantor chori, quod  
 ministerium laudabiliter exequebatur, quia non erat musices  
 imperitus. Et fuit elegans bibliographus, scripsitque in hac domo  
 pulchre diversa volumina, et in primis quidem unum missale  
 f. 85v. cuius crucem quae ante canonem ponitur admodum / venuste  
 depinxit puella quaedam bruxellensis. Litteras autem capitales  
 dominus Iudocus Hinckaert frater noster monachus huius domus  
 concinne formavit (1) ; quod missale poni solet in quinto altari  
 ante Beatam Mariam. Scripsit etiam dominus Michael Vitas Patrum  
 quo libro nunc fratres utuntur qui legunt in cenaculo et in choro  
 semper solet reponi. Item scripsit magnum librum in quo ser-  
 mones et homiliae doctorum continentur, cum residuis quae  
 per totum annum in conventu fratrum leguntur tam de tempore  
 quam de festis. Multa scripsit insuper ad suum usum, parva  
 littera et in papyro, nam praedicta volumina scripta sunt in  
 excellenti pergamenio. Fuit autem iste dominus Michael multum  
 solitarius et silentium stricte servabat, aliasque ceremonias  
 ordinis. Perquam raro consuevit ad alios fratres venire, aut eorum  
 velle cellas intrare, nisi forte operum communium tempore (2).  
 Neque visitantes recipiebat in cellam suam, nisi coactus idque  
 satis aegre. Gratanter tamen fratres suos et amicos a Cassileto  
 venientes excipere consuevit. Raro admodum tempore collo-  
 quii manebat in consortio fratrum commentandi gratia, nec  
 libenter ad spaciamentum veniebat. Tentationes et afflictiones  
 quas homo ille religiosus et Deo charus perpessus est in ordine,  
 quis sufficit enarrare ? Homo simplex et rectus ac timens Deum  
 f. 86. / et recedens a malo. Blandimenta mundi fugiens manebat in  
 cella secum habitans in cubiculo et clauso ostio orans Deum  
 Patrem in abscondito. Semper habitavit in cella cui titulus est  
 C. eoque defuncto coepit eam inhabitare dominus Ioannes de  
 Ascha procurator huius domus, nolens amplius habitare in parva  
 cella quae est prope portam nolae, ubi antecessores eius habita-  
 verunt, voluitque dominus Ioannes de Ascha facere ostium in  
 pergulo istius cellae per quod exitus esset illi ad exteriorem cor-

(1) Cfr p. 93.

(2) Les « opera communia » sont trois jours de travaux manuels faits en com-  
 mun trois fois par an, souvenir des premiers temps de l'ordre, où les moines  
 avaient dû souvent prendre une part personnelle plus large à la vie matérielle  
 des maisons. Cfr LE MASSON, *Disciplina ordinis cartusiensis*, nouv. édit., 1894,  
 p. 455.

tem et a corte introitus in cellam, sed D. Prior non permisit. Erat praeterea D. Michael in victu sobrius, in cellae supellectili mundus, non tamen curiosus, neque pretiosus, quia magis animam suam Deo cultam reddere curabat quam parietes exornare, quemadmodum B. Ciprianus docet Donatum suum libro epist. 2<sup>o</sup>, epistola 2 circa finem (1).

Libros etiam qui mentem legentis inflammant perlibenter solebat legere et scribere. Quorum de numero sunt libri Thomae Kempensis, Qui sequitur me, et reliqui eiusdem. Item de spiritualibus ascensionibus mentis in Deum Gerardi de Sutphania. Hae fuerunt deliciae domini Michaelis. Item scripsit pro suo usu sermones domini Alberti magni de tempore et de sanctis. Item Bonaventurae et Bernardi libros curiose legebat. Ex quibus tamen ut quibusdam videbatur, factus est nimis quam scrupulosus conscientiae, et id quidem saltem in uno. Siquidem in quo-  
f. 86v. dam / libello qui S. Bernardi habet titulum, scriptum reperit quod sacerdotes divinum persolventes officium, ad minimam usque litteram tenentur omnia audire vel pronuntiare, quae ab Ecclesia catholica sunt eis ordinata (2); quale exaggerationis praeceptum somnolentis fortasse et pigris et negligentibus non importune proponitur, ut vigilanter et alacriter persolvant divinum officium, stantes in conspectu Dei et in conspectu sanctorum angelorum eius. At dominus Michael (quod sciam) non consuevit somnolentus esse in choro. Quoties tamen parum quid in choro fuit lectum vel cantatum, quod non intellexerat, aut non pronuntiaverat, protinus a statione sua exiit et accepto lumine privatim extra chorum illud quidquid erat repetivit et collegit. Et hoc saepius illi veniebat usui, praesertim in senectute sua quando auditus ei paullatim deficeret et memoria. Quidam vero consolabantur eum suadentes ei ut ita facile ob huiusmodi rem non exiret de choro, dicentes nequaquam esse necessarium, sed divino officio absoluto, si quid relegendum putaret, relegeret. Nos, aiebant, omnes unum sumus et omnes in unum pariter convenimus, ut quod ab uno satis perfecte fieri nequit, ab aliis adimpleatur. Et quamvis cuncti mortales sint imperfecti, Deus tamen perfectus est, et opera eius perfecta sunt omnia, quem suppliciter invocamus et rogamus  
f. 87. etiam ut quidquid / in nobis vel in actibus nostris est imperfec-

(1) MIGNE, *Patr. lat.*, T. VI, col. 221-222.

(2) Arnulfi de Boeriis *Speculum monachorum*, parmi les *Opera supposititia* de S. Bernard, MIGNE, *Patr. lat.*, t. CLXXXIV, col. 1175.

tum, ipse misericorditer adimplere dignetur ; sicut de vivo iusto canimus : honestavit illum Dominus in laboribus suis et complevit labores illius. At huicmodi verbis domini Michaelis scrupulositas non penitus potuit abstergi ; quapropter horas matutino tempore solus legebat in capitulo et item alias horas quando voluit, idque permissu prioris. Cumque postea magis in dies magisque p[re]ae senectute deficeret, saepe flebat ubertim quod divinum officium persolvere nequibat ; optabat quidem alacriter Deo laudes cantare et honorem debitum illi exhibere, sed in semetipso per experientiam didicit verum esse quod scriptum est : corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem (1). Proinde visitatores ordinaverunt ut quotidie septies dumtaxat aut octies, si bene recordor, legeret orationem dominicam, atque omnem conscientiae scrupulum deponeret et nihil amplius legere teneatur ; ut bono concilio magis acquiesceret, essetque corde tranquillus, iniunctum fuit hoc illi in paenitentiam salutarem.

Denique paucis diebus ante obitum suum in oratorio suo suscepit religiose et venerabiliter de manu prioris nostri sacramentum Corporis Christi. Postremo die quodam sabbati celebratis f. 87v. missi privatis, convocati sunt monachi ad aegrotum / qui iacebat super lectum suum. Quando autem intravimus cellam eius longum adhuc ille trahebat anhelitum, sic ut non statim mihi videretur esse moriturus. At inchoante priore, coepimus legere litanias sanctorum flexis genibus ante lectum eius ; quibus finitis cum aliis precibus, passionem Domini secundum Ioannem prior etiam legit. Et interea decurtari coepit anhelitus aegroti. Deinde precatio[n]es adhuc alias ad Deum et commendationes religiosas prior legit clara voce interimque spiritum ille reddidit et migravit ad Dominum sic ut antequam pergeremus ad prandium circiter horam decimam defunctus esset nonis septembribus anno 1528.

#### DE DOMINO IACOBO FABRO.

Anno 1478, receptus in hac domo fuit 8 kal. februarii dominus Iacobus Faber sacerdos saecularis ad statum monachi et anno sequenti eodem die fecit in ordine professionem. Hic erat civis

(1) Sap., 9, 15.

gandavensis, naturaliter habens bonam et sonoram vocem, et in arte musica peritus erat. Qui sicut ipse mihi narravit, mirum in modum tentatus et afflictus in hac domo fuit, tempore quo dominus Iaspar hic erat prior. Quibus tandem malis post dies multos paulatim in morem fumi evanescentibus, omnino se liberatum sensit Deoque gratias uberes egit. Fidelis enim Deus est  
f. 88. / qui non patietur suos tentari supra id quod possunt, sed facit etiam cum tentatione proventum ut possint sustinere (1). Erat autem dominus Iacobus vir pius ac timens Deum offendere ; in scripturis divinis diligenter exercitatus, multaque legerat et ea praesertim quae ad pietatem nutriendam faciunt. Unde quoties erat in spatliamentis, suaviter aliquid ex sacris litteris in medium fere proferebat habebatque non modo exempla multa in promptu, sed etiam auctoritates SS. Patrum Hieronimi, Augustini, Ambrosii, Gregorii, Bernardi et aliorum quibus confirmaret eloquia sua. Dicebat enim : opere pretium est ut dicta nostra ligentur auctoritate aliqua aut sententia gravi. Quod utique verum est, et verbum memoratu dignum. Hoc enim viri docti et eruditi servant, ut semper accurate considerent quomodo quod proponunt concinne possit comprobari. Porro Lovannii cum id tempus nova domus ordinis Carthusiani construeretur, illuc dominus Iacobus missus fuit cum primis fratribus ordinis nostri domum illam inhabitaturis, siquidem anno 1500 in profesto Omnia Sanctorum ibi loquebar cum eo vitreum lychnum mundante et ornante propter festum candelarum altare, namque aeditui ministerio ibidem ipse fungebatur. Deinde anno  
f. 88v. 1505 / circa kalendas iunii per ordinationem patrum rediit ad domum professionis suae, atque illo tempore fuit in hac domo quidam monachus aegrotus et hidropicus aqua rubra dominus Ioannes Flandrinus a Querceto Hannoniae cuius vitam obitumque descriptimus (2). Cumque dominus Iacobus adhuc esset hospes maneretque adhuc in domo inferiori et interdum spatlementum haberemus ob adventum et redditum eius, aegrotus ille praedictus nobiscum venit ad spatlementum intra septa domus nostræ, quod erat illi spatlementum postremum, quippe qui postridie aut paulo post obiit. Quo sepulto dominus Iacobus intravit in cellam eius, sic ordinante priore habitatus ibi, cui cellæ titulus est F. iuxta portam, et ibidem mansitabat ad extremum

(1) I Cor., 10, 13.

(2) Jean du Quesnoy, cfr p. 93-95.

usque diem vitae suaे mortalisi. Fuitque in hac domo confessio-  
num auditor ac diligens sermonum Dei praedicator. Noctu atque  
interdiu conventum sequebatur et in precibus erat assiduus,  
praeter eas quas ab ordine persolvendas publice et privatum ha-  
bemus. Porro dominus Ioannes Flander cuius supra memini-  
mus, erat infirmarius huius domus, cui successit in hoc etiam  
ministerium dominus Iacobus, ac diligenter illud officium more  
ordinis ad tempus exequebatur. Posteaquam vero annis plus quam  
50 fuisse in ordine, quodam die tertio laborum communium (1),  
f. 89. cum essemus more solito in spatiamento in octobri, / dominus Iaco-  
bus a porta veniens sive a sartorio transiit ante praesepium equo-  
rum, ubi canis quidam niger iacebat ad solem; quem intuitus do-  
minus Iacobus et subridens : hem, turpis bestia, inquit et pede suo  
leviter canem trusit. At canis, ut erat acer admodum protinus ex-  
surrexit latransque domini Iacobi lacinias invasit, non tamen laesit  
eum. Sed tamen expavescitus ibi dominus Iacobus cecidit in  
terram. Id cernentes alii velociter accurrerunt eumque subleva-  
rerunt; quod ni fecissent, per se surgere non potuisset, nam ita  
laesus ibi fuit, non quidem a cane, sed vel pavore concepto, vel  
inopinato casu, ut inambulare non posset. Et quamvis nullum  
corporis eius membrum luxum esset, tamen necesse erat ut ad  
cellam suam portaretur. Ubi collocatus super lectum suum de  
hac infirmitate non convaluit in tantumque iacuit ibi usque dum  
corpus eius quibusdam in locis cute nudaretur. Et quando illae  
plagae denudabantur, odor quidam admodum gravis et aegre tole-  
rabilis inde prodibat. Nec interim quidquam ipse conquereba-  
tur, nam supra modum patiens tum fuit. Rite igitur sum-  
ptis Ecclesiae sacramentis, pridie kallendas decembbris post  
completorium defunctus est et migravit ad Dominum anno  
millesimo quingentesimo vigesimo nono.

f. 89v.

## DE DOMINO MICHAELE SAREMONTANO

Quo tempore iuvenis hic Bruxellae natus ad ordinem venerit  
et quando fecerit professionem a nobis scriptum est supra (2).  
Hic autem Michael et Ioannes Bruno (cuius etiam supra mentio-

(1) Cfr p. 143, note (2).

(2) « D. Michel Zarenbergh, bruxellensis,... » PÉDÉ, p. 60; Péde se borne,  
pour la plupart de ces religieux contemporains d'Ammonius, à retranscrire  
les notices de celui-ci.

nem feci) (1) pariter operam dederunt latinis litteris in ludo primum anderlacensi, deinde Lovanii in ludo magistri Ioannis Standonici, a quo simul venerunt ad ordinem Cartusianum et ad domum hanc. Et frater quidem Michael, posteaquam fecit in ordine professionem, tametsi nondum sacerdos erat, tamen anno primo factus est aedituus huius templi, tempore quo visitatores ordinis nostri domum hanc ordinarie visitabant, quod ministerium pluribus annis administravit. A quo deinde per priorem absolutus ad cellam suam rediit et iterum factus est aedituus templi dominus Fredericus Brant (2), qui sesquianno fuerat ante dominum Michael executor huius officii.

Dominus igitur Michael incola cellae, vir fortis et robustus et eminenti statura praeditus, diversa interim habuit exercitia et per totam ferme vitam suam sanus et incolumis inter nos vixit. Raro admodum fuit aegrotus, quamvis esset melancholicae complexionis. Habuitque naturaliter bonam, claram limpidamque vocem, artis musicae non penitus imperitus. Et erat illi visus / f. 90. corporalis acutus admodum. Scripsit etiam nonnullos in hac domo libros et multa opera manualia probe sciebat operari. Et quoties aliquis indigebat adiutorio, convocatus non illibenter fratribus inserviebat. Libros quoque non inconcinne sciebat compaginare, quod et quandoque fecit apud nos officium. Atque in postremis annis vitae sua fuit cantor chori.

Sed circiter annum restitutae salutis sesquimillesimum decimum quartum, quando Desiderius Roderodamus emisit Novum Testamentum e graeco in latinum recenter versum (3) et graecae litterae inciperent apud nostrates passim esse in pretio, rei novitate affectus dominus Michael diversos paulatim sibi studuit libros acquirere, non modo latinos sed etiam graecos et hebraeos complusculos, quibus indagandis et discernendis multum dedit operam. Sed quia neque ducem neque praceptorum habuit, per se multum non potuit proficere. Pervenit tamen ad id scientiae ut legere et scribere et nonnihil intelligere posset tum graece tum hebraice. Namque Testamentum Novum habebat tum graece tum hebraice cum Desiderii Erasmi interpretatione prima scoliis eiusdem adiectis. Habebat et psalterium davidicum graece impressum in volumine perpusillo et aliud volumen cui

(1) Cfr p. 121-122.

(2) Cfr p. 160-161.

(3) La première édition du Nouveau Testament grec d'Érasme est de 1516.

titulus est Lexicon graecum cum interpretatione latina. Itemque  
f. 9ov. Erotemata (a) Constantini Lascaris (1) / et primam partem grammaticaे Theodori Gazae cum Erasmi interpretatione latina. Itemque Isagogica et Progumnasmata in graecam linguam quinquies adhuc aut sexies auctorum diversorum. Item in hebraicis habuit grammaticam Wolfangi Fabricii Capitonis cum eiusdem interpretatione latina (2). Itemque grammaticam Ioannis Campensis, ex dictis et variis litteris sui praeceptoris collectam (3). Itemque lexicon hebraicum cum interpretatione latina. Itemque psalterium davidicum in parvo volumine. Itemque Isagogica in linguam hebraicam adhuc ter aut quater diversorum habuit auctorum. Et alios etiamnum habuit libros cum aliorum quidem, tum praesertim Erasmi latinos, nempe Colloquia et Paraphrases eiusdem aliquas et alia quaedam eiusdem opuscula ; Novum Testamentum quater aut quinquies (b) habuit et alia multa. Neque dubium est quin amplius profecisset in illis si ducem ac praeceptorem habuisset et sodalitatem ad conferendum cum aliis, quandoquidem non omnino fuit obtusus ingenio (4).

Porro menses iterum quinque ante obitum suum fuit aeditus

(a) Ms : eteromata.

(b) Le copiste surmonte ces deux mots des chiffres 5 (quater) et 6 (quinquies).

(1) *Constantini Lascaris Erotemata cum interpretatione latina*, Venise, Alde Manuce, 1493 ; cfr HAIN, *Repertorium bibliographicum*, t. III, p. 241, n. 9924, et E. LEGRAND, *Bibliographie hellénique ou description raisonnée des ouvrages publiés en grec par des Grecs aux XV<sup>e</sup> et XVI<sup>e</sup> siècles*, Paris, t. III, 1903, p. LXXI-LXXXVII.

(2) Wolfgang Fabricius Koepfel (Capito), adversaire puis partisan de Luther. *V. Fabricii Capitonis Hagenoi Hebraicarum institutionum libri duo*, Bâle, Froben, 1518.

(3) Jean Van Campen, professeur à Louvain au collège de Busleyden. *Grammatica hebraica ex variis libellis Eliae Levitae collecta*, Louvain, Martin, 1528 et Paris, 1535. Cfr FOPPENS, *Bibliotheca belgica* t. I, p. 599-600 ; REUSENS, *Documents relatifs à l'histoire de l'université de Louvain*, t. IV, p. 527.

(4) Ammonius ne dit pas pourquoi lui, fervent humaniste, n'assista pas son confrère dans ses tâtonnements philologiques ; peut-être ces évènements se placent-ils pendant le séjour qu'Ammonius fit à la chartreuse de Louvain avant 1526. — Voir dans LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. I, p. 466-467, un extrait d'ordonnance du Chapitre général de 1542 réprimant chez les religieux de Belgique et de Hollande le zèle désordonné pour l'étude du grec : « Ces religieux oublient la sainte rusticité qui convient si bien à des gens qui ne sont plus de ce monde. Le temps qu'on leur donne pour lire des ouvrages de piété, ils l'emploient à satisfaire une vaine curiosité en s'adonnant à l'étude du grec... » Les Chapitres de 1537 et 1538 avaient défendu la lecture des livres d'Érasme. Ces mesures sont commentées, avec un peu de confusion dans les exemples, par Dom AUTORE, *Dictionnaire théologique catholique*, art. *Chartreux*, t. II, col. 2305.

templi constitutus. At paucis diebus antequam coepit aegrotus  
f. 91. esse, cum sepulta fuisse apud nos mater aurigae nostri, / quidam  
frater laicus secum portaret ad cellam suam linteum magnum quo  
libitina operiri solet ; quod postea cum vidisset ibi dominus Mi-  
chael : heus, inquit, et hoc quaerebam ; nesciens brevi se mori-  
turum et illo tegmine propediem se operiendum. Haec ubi se-  
pultus fuit Michael, laicus ille mihi admirans satis narravit.  
Ceterum post festum SS. Martyrum Mauritii et sociorum eius,  
dominus Michael coepit male habere venitque ad me dicens :  
« vade et paulum pro me agita campanam. » Erat enim tum hora  
nona ante prandium, et cum hoc dixisset febricitans, vigore  
omnino et spiritu amissso, ibat ad cellam suam atque in dies magis  
magisque coepit aegrotare nec amplius fungi potuit suo officio.  
Denique in profecto S. Michaelis archangeli tempore vesperarum  
cum esset in choro, velut syderatus et apoplexia percussus, stans  
in sede sua pene obmutuit obstupuitque sic ut ocius allato sedili et  
in eo positus ad suam cellam deferretur a pluribus. Ibi super lectum  
suum iacuit sine cognitione et sine loquela ad diem usque sequen-  
tem ; quo die, facta coena in coenaculo, pariter omnes ad aegrotum  
properavimus, cum sacramento extremae unctionis, quod prior  
illi administravit lectisque precibus diversis unusquisque ad cel-  
lam suam discessit lecturus completorum. Manseruntque apud  
eum duo fratres, qui ambo fuerunt primi in hac domo post eum  
f. 91v. mortui, quod minime suspicabantur. / Denique post sesquiho-  
ram cum quidam rursus adessent fratres, dominus Michael expi-  
ravit, pridie kalendas octobris anno 1531. 30 annis fuit in ordine ;  
vocabatur Michael et in die sancti Michaelis obiit.

DE ILLUSTRI VIRO DOMINO PHILIPPO DE RAVESTEYN ET EIUS  
UXORE.

Ad annum usque septimum supra sesquimillesimum maior  
pars nostrae porticus, quae est ante cellas monachorum domus  
Capellae, nondum erat testudinata et asseribus contabulata. Sic-  
quidem a cella cui titulus est G in qua ego tunc morabar, usque  
ad cellam cui titulus est A, restabat opus imperfectum. Non  
quod omnino perfici esset necessarium, sed tantum fieri potuit  
ad decorum. Porro id temporis cum vir magnificus ac generosus  
D. Philippus de Ravesteyn et illustris domina Francisca uxor  
eius plerumque morarentur Angiae, ad nos interdum veniebant

visitandi nos gratia, quandoquidem angiensis territorii dominium pertinebat ad praedictam dominam Franciscam (1). Quae singulari nos benevolentia prosequebatur semperque nos dilectos habebat ex animo. Et nonnunquam quidem ipsa cum suis heroannis et famulis absque marito suo venit, nonnumquam autem et dominus Philippus cum suis familiaribus sine uxore sua, nonnumquam vero pariter ambo cum suis affuerunt. Deambulantes igitur illi per nostrum porticum / et videntes opus imperfectum, mandaverunt ut quemadmodum probe fuit inceptum, ita diligenter quoque perficeretur, idque suis sumptibus. Quandam enim pecuniae summam a nobis annue accipiebant quam liberaliter donarunt quoadusque praedictum opus consummaretur. Praeterea non solum ipsi, sed etiam multi familiares eorum de nobis bene meriti fuerunt, et hoc praesertim quando exactiones erant impositae a dominis terrae tempore bellorum (2), ubi plerumque nobis opitulati sunt et immunes nos aut indemnes ab exactiōibus custodierunt. Et quoties ad nos venerunt, studiose et humiliter sese suamque familiam precibus nostris commendarunt, spondentes obsequium se nobis et benevolentiam exhibituros, si quando eorum placeret uti obsequio et auxilio. Quamobrem diebus dominicis semper in capitulo mentionem eorum prior in precibus faciebat. Quoties autem aliquis nostrum ad eos ibat, licet donatus tantum esset, benigne admittebatur et audiebatur ; clementer plerumque de nobis domina solet percontari : « Ut valent filii mei ? vestra sum : si qua in re vobis commodum facere valeo, semper equidem praesto sum libenterque morem vobis geram ».

Per idem tempus incidit domina in quandam infirmitatem, de qua perfecte curari numquam potuit. Habere namque ferebatur in latere apostema, quo pluribus annis graviter admodum lacesebatur. Deinde ab Angia profecti, habitaverunt quando-

(1) Françoise de Luxembourg, seconde fille de Pierre de Luxembourg, seigneur d'Enghien. Elle avait épousé en 1485 Philippe de Clèves ou Philippe *Monsieur* plus tard sire de Ravestein, commandant la garnison mise à Enghien en 1484 par Maximilien. La paix de Bruges (1485) attribua à Françoise les possessions de sa sœur aînée Marie, comtesse de Romont et notamment la seigneurie d'Enghien ; Jacques de Romont, en effet, avait été capitaine général de l'armée de Flandre dans la lutte contre l'archiduc. Le traité assurait en outre à Philippe de Clèves la grande baronnie d'Enghien. Cfr POULLET, *Philippe de Clèves*, dans la *Biographie nationale*, t. IV, col. 152-163 ; voir aussi la bibliographie donnée plus haut, p. 4, note (2).

(2) Cfr p. 134, note (1).

f. 92v. que Brugis, quandoque Gandavi, ubi / ante monasterium fratrum praedicatorum habuerunt domum usque adeo pulchram, usque adeo amplam, ut commode in ea quinque principes possent hospitari, sic ut unusquisque singulatim suo uteretur hospitio (1). Plerumque tamen se ruri tenebant in loco qui vulgo nuncupatur Winendae (a) inter Brugas et Gandavum, qui locus est per amenus (2), ubi D. Philippus de Ravesteyn pulcherrimum atque elegantissimum fontem construxisse fertur de lapidibus marmoreis valde pretiosis. Ibi denique et domina Francisca de Ravesteyn post multas afflictiones praedicto morbo defuncta est, cuius unum latus, in quo erat apostema, nimis quam miserabiliter exhaustum et corruptum erat (3). Deinde annis aliquot et dominus Philippus de Ravestein superstes erat, qui tametsi nullos ex uxore sua liberos suscepit, aliam tamen uxorem non deduxit, licet postea prolem (ex qua nescio femina) suscepisse dicitur. Sed anno 1527 circa finem mensis ianuarii, ille quoque vita mortali functus obiit sepultusque fuit Bruxellae iuxta uxorem in monasterio fratrum praedicatorum, in mausoleo quod valde pulchrum et pretiosum (ut audivi) pluribus annis ante obitum sibi et uxori suae iusserat praeparari (4). Ubi pro eo quales exequiae fuerint celebratae et quam opulenter fuerit ibi parentatum et quam innumerabilis ibi populus adfuerit, ego narrare vel describere non valeo. Sed ea tempestate a quibusdam fui admonitus ut memor essem benevolentiae

(a) Ms : Wivendale.

(1) Cfr DE POTTER, *Gent van den oudsten tijd tot heden*, t. VII, 1893, p. 363-384 : het hof van Ravestein.

(2) Le chateau de Wijnendale, construit en 1085 près de Thourout par Robert le Frison, fut longtemps la résidence favorite des comtes de Flandre. De 1305 à 1407 il appartint aux comtes de Namur. Lorsque Marie de Bourgogne y fut morte en 1482, le domaine de Wijnendale passa à la famille de Clèves et lui resta jusqu'en 1609.

(3) Françoise de Luxembourg mourut le 5 décembre 1523. Philippe de Ravestein, n'ayant pas d'enfant, dut quitter le chateau d'Enghien qui revint à sa belle-sœur Marie, veuve du comte de Vendôme. Il se retira à Wijnendale, où il fut emporté par une attaque d'apoplexie, le 28 janvier 1527.

(4) A l'occasion des funérailles de son épouse en l'église des Dominicains à Bruxelles, Philippe de Ravestein fit renouveler complètement cette église qui fut alors consacrée à saint Philippe (1524). Il y fit ériger pour lui et pour Françoise de Luxembourg un mausolée qui ne le céda en rien à celui de son père Adolphe de Clèves. Le monument, achevé peu avant sa mort, lui coûta 11.000 florins. On en trouvera trois gravures dans LEROY, *Le grand théâtre sacré du Brabant*, t. I, 1729, p. 260.

f. 93. domini de Ravestein / erga nos et eorum quae contulit in nos beneficiorum nostramque gratitudinem in eum amicis contestarer. Quare collecto sensu breviter epitaphium scripsi in memoriam eius, quod hoc loco subdendum censui. Tu vero amice lector boni consulito aequique.

IN MEMORIAM CLARISSIMI VIRI DOMINI  
PHILIPPI DE RAVESTEIN EPITAPHIUM.

Patria nostra suum flet decessisse Philippum  
Orbatam charo se quasi patre dolet ;  
Qui genere illustris, virtute illustrior heros,  
    Clarus militia clarus eratque toga (a).  
Iustitiam coluit, fuit et pietatis amator,  
    Ingenio excellens, cultus et eloquio.  
Artibus ingenuis claros celebresque magistros  
    Fovit eisque libens munera digna dedit.  
Extinctum populus sibi lumen amabile plorat  
    In rebus dubiis quo duce tutus erat.  
Flandria fida dolet, populosa Brabantia luget ;  
    Hannonii lacrimant, Angia maesta gemit.  
Quis referat quoties pupilos atque gementes  
    Defendit viduas et benefecit eis.  
Ut solet esse pius pater in sua pignora mitis,  
    Sic in nos facili mente Philippus erat.  
Pro defuncto omnia passim lucentibus aris.  
    Orgia ponuntur grataque dona Deo,  
Et grandes nolae resonant in turribus altis,  
    Nos uti permoveant ad pietatis opus.  
Orta fuit gemini lux antepenultima iani  
    Cum Lachesis traheres ultima fila viro.  
Nos illi requiem aeternam pacemque precamur,  
    Eius nunc statio sancta sit aula Dei. Amen.

f. 93v. Anno 1528 cum essent induciae inter nostros et Francos,  
tertio nonas octobris in profesto annuae dedicationis templi  
nostri (1), venit ab Alosto per Ninivem illustrissima domina domi-

(a) Ms de la bibl. publique de Mons : clarus erat atque toga.

(1) *Nécr. A*, 2 octobre : « Prima dominica octobris est dedicatio ecclesiae  
nostrae. »

na Maria ducissa de Vendosme (1) versus Angiam. Sed a Ninive sacerdotem sacellanum suum, virum prudentem et probe eruditum praemisit non incomitatum ad nos, qui priorem nostrum conveniret percunctareturque num liceret illustri dominae de Vendom cum suis heroannis intrare nostrum monasterium. Prior noster hoc auditio nuntio, satis attonitus et perplexus, quid ageret prosus ambigebat. Nam si non annueret petitioni, metuebat indignationem dominae et eorum qui cum ipsa erant ; si vero annueret, metuebat censuram patrum ordinis nostri, qui severiter ordinaverunt ne mulieres, quoad fieri potest, ingredi claustrum monachorum permittantur (2). Proinde sacellano respondit prior noster se patrum ordinatione impediri nec audere quod petebatur concedere, usque dum a visitatore provinciae nostra copiam id faciendi haberet. Ordinationemque patrum sacellano scriptam ostendit et rogavit ne quid gravate ferret quod a constitutione patrum inconsulto non discederemus. Post prandium vero circa horam 2 prior in colloquium iussit monachos acciri. Qui cum simul adessent, dixit : « Fratres, adest domina de Vendom, domina nostra terrae angiensis, et ingredi poscit in claustrum nostrum, quam si admisero, vos accusabitis me apud patres, proinde f. 94. non ausim facere quod postulat. / Attamen in ecclesiam usque anteriorem eamus pariter obviam ei. » Atque ita prior indutus cuculla ecclesiastica cum stola praecedebat nos, habens in manu parvam statuam ligneam S. Michaelis, argenteam crucem tenentis in qua parvula pars est ligni S. Crucis. Cum autem venissemus ad valvas ecclesiae anterioris, ecce via publica plena curruum et equorum ingensque tumultus hominum et equorum frementium et hinnientium, quippe ducenti fere homines in curribus et in equis adesse dicebantur. Ipsa vero domina de Vendom et filia filii eius inter duos equos pylento simul vehebantur. Ut autem domina vidit priorem nostrum et nos iuxta eum stantes ad ianuam intra limen templi, protinus ad nos venit et super

(1) Marie de Luxembourg, veuve de Jacques de Romont, puis de François de Bourbon, comte de Vendôme, avait succédé en 1523 à sa sœur Françoise de Ravestein dans la seigneurie d'Enghien. Le cœur de son père, Pierre II de Luxembourg, était enseveli devant le maître-autel de l'église de la chartreuse ; cfr p. 3 et 4.

(2) Sur l'entrée des femmes dans les chartreuses, voir LE MASSON, *Disciplina ordinis cartusiensis*, nouvelle édition, Montrœuil 1894, p. 237 et 472 ; LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. I, p. 271. — Le chroniqueur semble faire allusion à une ordonnance récente du Chapitre général (ordinationem patrum scriptam).

limen templi flexis genibus osculabatur oblatam a priore crucem praedictam, et prior etiam flectebat genua sua quando crucem obtulit osculandam. Deinde per pauca locuti circa ianuam domina intravit in templum et in sacellum beatae Mariae Virginis. Et sequebantur eam in primis quidem sua neptis praedicta et sex aut octo adhuc aliae mulieres comites eius et quidam viri etiam, sed quia tunc intrare non potuit domina in chorum, ubi cor patris sui sepultum est ante summum altare (1), ipsa misit ibi sacellum suum ut illic preces legeret. Ille igitur et alius vir cum eo et ego cum illis legimus ibi inter nos tres psalmum de Profundis cum aliis etiamnum precibus, et attuli aspergillum cum aqua benedicta, qua cum aspersisset ille sepulchrum, pariter ad dominam redivimus et ad eos qui cum ipsa f. 94v. erant fratres et alios in sacello familiariter / inter se colloquentes. Interim affuerunt fratres laici adferentes vasa potoria vitrea et potum obtuleruntque potum bibere volentibus, et domina babit et quidam alii, ac deinde valedicentes nobis omnes ascenderunt currus et equos et mulos et abierunt Angiam usque ad tempus quo prior missio nuntio ad visitatorem haberet facultatem admittendi dominam et alias mulieres cum illa venturas.

Post dies autem non multos, prior concinnatis litteris quas ad visitatorem missurus erat, profectus est Angiam, ostendit eas dominae et sacellano eius et aliis qui erant cum ea. At sacellanus etiam supplicationem sua manu subscrispsit ; quibus cum visitator prior Gandavi (2) praebuisset assensum, die quodam sabbati venit ad nos domina cum paucis, sic ut ultra sex et triginta homines utriusque sexus non haberet secum. Vocatus igitur ego a priore circa horam 10, legi missam in summo altari, domina et comitibus eius eam audientibus. Qua finita dominam et eos qui aderant aspersi aqua benedicta. Et ibant ipsi visum diversa monasterii nostri loca, ac deinde ad prandium quod domina suis expensis et suis cocis iusserat praeparari, habueruntque monachi quilibet 2 aut 3 albos panes paupulos et alleca recentia assa, unusquisque unum vel duo, et adhuc aliquid de piscibus marinis pretiosis, praeter portionem diei. Deinde post prandium venerunt ad cellam prioris, vicarii et procuratoris ; deinde ad cellam domini Nicolai montensis (3), ubi diutius fuerunt, deinde

(1) Cfr p. 3, note (6).

(2) Pierre Vasseur, prieur de Gand, visiteur principal pour la seconde fois.

(3) Nicolas de Behault, cfr p. 133-135.

ad cellam cui titulus est Q, cuius habitator cellae dono dederat  
 dominae unum horologium de pulveribus testarum ovium et clep-  
 f. 95. sidris / vitreis concinnatum, quod valde gratanter accepit domi-  
 na. Deinde ante vesperarum tempus ex monachorum claustrō  
 recesserunt. Porro ista domina de Vendom erat soror dominae  
 Franciscae uxoris domini Philippi de Ravesteyn, ad quam devo-  
 luta erat hereditas et dominium terrae angiensis. Sed quemad-  
 modum dominus Philippus de Ravesteyn post obitum uxoris  
 suae pretiosissima quaeque bonorum mobilium, quae fuerant An-  
 giae, transferri iussit ad domum suam quae fuit in Winendaele,  
 sic illi qui cum domina de Vendom fuerunt quidquid residuum  
 erat bonorum mobilium abstulerunt secum, et abierunt in terram  
 suam antequam induciae finirentur.

Eodem anno circa tertio nonas novembri, transiere iuxta  
 nostras aedes duo milia militum hispanorum nec tamen eorum  
 quisquam intravit in monasterium nostrum, praeterquam unus  
 qui ceteros praecedebat non sine comitibus ad providendum  
 ceteris hospitium, quem *fourier* nominant. Hic solus uno  
 dierum tempore vesperarum venit ad priorem nostrum et peti-  
 vit ut sibi liceret osculari manus sacerdotum. Vesperis ergo  
 finitis, vocati sunt a priore monachi qui erant omnes sacerdotes  
 in colloquium et ibi satisfactum est eius desiderio. Coenavitque  
 vespere cum priore in camera hospitium, sed sobrie admodum,  
 quia petiit ne sui unius causa sumptum faceremus, et coena facta  
 ibat ad suos. Ceteri milites in pagis circumquaque mansitabant,  
 illa nocte ac die sequenti ; et tertio die ante prandium abierunt.

f. 95v. Praedictus autem vir post unum / annum vel duo iterum fuit  
 in nostro monasterio solus et cum monachis fuit in spatiamento  
 nec quisquam militum erat cum eo in pago. Milites autem illos  
 praedictos ad illustrissimum principem dominum Ferdinandum  
 perduxerat, qui dominam de Vendom et familiares eius si re-  
 perissent adhuc in hisce locis, haud dubie male contenti fuissent.  
 At domina de Vendom cum suis abierat antequam illi venirent.

Anno 1529, mense iunio, fama vulgo ferebatur quod illustris-  
 simus princeps et rex catholicus dominus Carolus, qui tunc erat  
 in Hispania, proficisci disposuerat Romam ad suscipiendam ibi  
 coronam imperialem. Propter quod multi reges ac principes  
 faventes illi naves multas amplissimas commeatu instructas  
 praestiterunt permultosque milites stipendiis in annum solutis  
 in obsequium illustrissimi Caroli praedicti.

Anno 1529, mense iulio convenerunt Cameraci pro pace tractanda (1) illustrissima domina Margareta, Caroli regis Hispaniarum amita, et illustrissima domina Ludovica, mater regis Franciae, habentes ambae comites secum permultos. Margareta quidem habebat plures viros illustres secum, at Ludovica habebat plurimas secum illustres feminas. Et permanserunt ibi duas vel tres hebdomadas inter sese conferentes. Denique pace facta, qui convenerant in sua quisque redierunt. Deinde mense augusto, rex Franciae venit ad Samarobrivas et Cameraci publice fecit iuramentum se ratum habere et servaturum quod a sua matre ibi fuit tractatum et conclusum. Et 15 kal. septembbris f. 96. proclamata fuit Angiae perpetua pax inter dominum Carolum regem Hispaniarum et dominum Franciscum regem Franciae et dominum Clementem VII Urbis Romæ pontificem et dominum Henricum regem Anglorum, et 14 kalendas septembbris ubique indictum fuit celebre festum et solemniter in templis laudes Deo et sanctis eius sunt celebratae cum gratiarum actione, idque cum ingenti hominum gaudio et laetitia, multis accensis ubique pyris et luminaribus, qua de re mihi quoque perscripta sunt carmina.

Anno eodem circa finem mensis octobris et initium mensis novembbris, multos homines in Hollandia et Brabantia quaedam aegrotatio corripuit qua multi mortales subito moriebantur. Non erat tamen communis morbus, sed dicebatur sudor anglicus aut morbus anglicus. Bruxellenses autem clauserant tres portas versus Antwerpiam et sollicite vigilias et excubias agitabant, ne hospites illuc venientes morbum afferrent secum. Scholastici vero lovanienses graeculatim cum sacsinulis migrabant unusquisque in sua. Praeterea non solum in oppidis sed etiam in pagis ordinatum fuit ut bis in hebdomada ubique tertia et quinta feria haberentur publicae supplicationes quas processiones nominant et multi mortales magno timore mortis perculsi perquam studiose confitebantur peccata sua et praeparantes se venerabile Corpus Christi reverenter sumebant. Tunc obiit apud carmelitas prope Angiam magister Nicolaus Blaeck adolescens.

Circiter id temporis venerunt Angiam duo legati cum suis comitibus, missi a principe de Orangien (a), cum litteris et diplo-

(a) Ms : Aragon, corrigé par le scribe lui-même en : Orangien.

(1) La Paix des Dames.

f. 96. matis et potestate imperiali, et vindicabant / sibi et in suam redigebant potestatem omnia dominia dominae de Vendom, non tantum ea quae fuerunt in angensi territorio, sed etiam in Brabantia et in Selandia. Et absolverunt Angiae a publicis administrationibus omnes officiales qui nomine dominae de Vendom ministrabant Angiae, et pro voluntate sua eosdem vel alios substituebant, qui nomine domini de Orangien ministrarent. Huius autem rei causa talis esse dicebatur : filius dominae de Vendom comes Sancti Pauli (1) in bello pugnans pro rege Franciae captus fuit ab iis qui pugnabant pro rege Hispaniarum sub duce Bonibonio in Italia. At in captivitate existens, taedio nimio affectus, fide promissa per redemptionem quam suo tempore solveret, dimissus fuit redire ad sua et illustris princeps de Orangien spopondit pro eo. Dimissus igitur ille, promissam seu redemp-  
tionis pecuniam non solum non misit suo tempore, sed iterum sumptis armis pugnaturus pro rege Franciae processit ad bellum. Ubi cum iterum fuisse captus, districte redargutus fuit de non servata fide ac de redemptionis pecunia suo tempore non soluta. Qui cum causam pro se diceret sed non sufficientem, cum praedicto principe Orangiae habuit litem in foro iudicali et ibi litem perdidit iudicatumque fuit pro principe Orangiae (2). Eratque summa pecuniarum valde magna ad multa aureorum millia ascendens. Deinde paucis post diebus ille princeps Orangiae  
f. 97. obiit, cuius dominium / devenit ad illustrem principem domi-  
num Henricum iuniorem dominum de Nassauw, qui cum venis-  
set Angiae et ibi fuisse ad tempus, quodam die veneris eratque festum SS. Martyrum Abdon et Sennen, venit ad nos, et prandium quoque apud nos sumpsit in refectorio propinavitque nobis vinum fueruntque cum eo 20 fortasse viri (3). Erat autem gratiosus puer annos natus fortasse 13, probe institutus litteris

(1) François de Bourbon, comte de Saint-Pol, 1491-1545.

(2) E. MATTHIEU, *Histoire de la ville d'Enghien*, t. I, p. 128-129, donne une explication différente. François I, s'étant engagé au traité de Cambrai (1529) à payer à l'empereur la somme de 25.500 écus d'or, demanda à la duchesse de Vendôme d'engager les domaines qu'elle possédait dans les Pays-Bas ; afin de subvenir aux frais de la dernière guerre, Charles-Quint céda à son chambellan Henri de Nassau, par acte passé à Bruxelles le 8 juillet 1531, les château, terre et seigneurie d'Enghien. La duchesse de Vendôme et le comte de Saint-Pol purent cependant négocier bientôt le rachat des terres engagées.

(3) E. MATTHIEU, *op. cit.*, t. I, p. 128, mentionne cette visite du jeune prince à Hérimmes d'après le récit de notre chronique, qu'il attribue à tort à Beeltsens au lieu d'Ammonius.

latinis, loquebaturque nobis latinum in spatiamento. Cui tunc obtuli unum carnem saphicum, quod paucis ante diebus de Turture volucre concinnaveram et grataanter accepit illud. Eius quoque praceptor erat ibi magister Otho Bredanus, probus adolescentis, eruditus admodum, qui cum praedicto principe alios adhuc adolescentes instituerat 4 aut 5; eratque nobiscum ibi in spatiamento; neque solum grammatica eos instituit, sed etiam arte musica et voce liquida modulari carmina, germanicasque inflare fistulas et alia homine libero digna docuit eos.

Per idem quoque tempus Pannoniam inferiorem Turcae fero-  
ces invaserunt et occupaverunt eam quae nunc vocatur Hunga-  
ria. Nam illustrissimus princeps Ferdinandus, frater domini  
Caroli imperatoris, qui, cum suis, Turcis ivit obviam in bellum  
coactus fuit hostibus cedere (1). Porro illustrissimus princeps et  
rex Hispaniarum catholicus dominus Carolus non Romae sed  
Bononiae in templo sancti Petronii coronam suscepit imperialem  
a sanctissimo papa Clemente VII, ad 6 kalendas maii.

Anno 1530 circa carnavalia rursum transierunt iuxta domum  
f. 97v. / nostram mille milites hispani, nec quisquam eorum intravit  
septa monasterii nostri.

Sciendum vero quod illustrissima domina de Vendom et filius  
eius supradictus illustris comes S. Pauli non diu reliquerunt  
dominia sua quae habebant Angiae et in Brabantia et Zelandia  
occupari a domino Henrico principe Orangiae aut ab aliquibus  
ex parte eius; sed brevi persolutis omnibus debitibus cum pace  
et benevolentia recuperaverunt omnia dominia sua praedicta.

#### DE VOLCARDO REDDITO.

Volcardus est nomen germanicum, et idem est (iuxta quorum-  
dam opinionem) quod graece dicitur Demosthenes. Porro Vol-  
cardus iste frater noster et hollandus amsterdamsis origine fuit.  
Primum receptus fuit in domo delphensi ad statum redditi laici  
et ibi professionem fecit. Ubi cum mansisset per annos aliquot,  
per ordinationem visitatorum missus est hospitatum ad domum  
Capellae. Ubi cum hospes habitasset per unum vel duos annos,  
ibi secundo professionem fecit. Cuius ministerium erat vesti-  
menta fratrum nova sarcire et resarcire vetera. Cum autem post-

(1) Défaite de Louis de Hongrie à Mohacs et prise de Bude par Soliman, 1526;  
siège de Vienne, 1529.

ea factus esset hydropicus, per mulierem quandam fuit ab illo curatus morbo. Deinde non multis post annis, eodem redeunte et recrudescente morbo, ad extrema vitae mortalis pervenit. Sumptis igitur ecclesiae sacramentis obiit kalendas iunii anno 1532.

#### DE DOMINO HENRICO FORTI REDDITO LAICO.

Anno domini 1531 receptus fuit in hac domo idibus novembris / a domino Carolo priore dominus Henricus Fortis sacerdos saecularis ad statum redditu laici (1). Hic erat ortus altusque ruri, in pago quo vulgariter dicitur Neyghen, non longe a domo Capellae. Ab huius Henrici genitore pannum consueverunt emere domestici nostri ad usum nostrum, unde fuit domino Henrico notitia nostratium, praesertim Volcardi cuius supra vitam et exitum descriptimus. Hic autem Henricus in pueritia sua ob calculositatem fuit a medico incisus, quare deinceps non erat fortis secundum nomen suum, sed aegrotationibus facile obnoxius. Erat tamen ingenio non hebeti praeditus et litteris latinis medio-criter imbutus studiosusque litterarum amator et cultor. Ad chorum autem non veniebat praeterquam dominicis et festis diebus. Et tunc quando placuit ei veniebat ad summam missam et ad vesperas et in ultimo stabat loco. Attamen fere cotidie celebrabat missam privatim et in exteriori sacello beatae Mariae Virginis interdum etiam cantabat missam, laicis quibusdam saecularibus cantum missae concinnetibus. Sed professionem non fecit in ordine, quia in sui novitiatus anno cum pluries aegrotaret, circa initium mensis iulii infirmitas ingravescebat et invaluit. Sumptis igitur ecclesiae sacramentis, 7<sup>o</sup> die iulii defunctus est anno 1532.

Anno 1496 circa finem mensis maii receptus in hac domo fuit

(1) « Henricus Stercke » PÉDÉ, *Series conversorum, fratres vocati clerici redditu et laici redditu*, p. 8-9. — Noter son titre de « rendu laïc », malgré son caractère sacerdotal, et la conséquence pour l'assistance aux offices. Sur ces diverses catégories de *familiares* de l'ordre cartusien, convers, donnés, rendus clercs et laïcs, cfr LE MASSON, *Disciplina ordinis cartusiensis*, nouvelle édit., Montreuil, 1894, p. 295-296 et 534-537 ; toutefois, Le Masson semble n'avoir pas vu très clair dans la confusion que présente l'évolution historique de ces diverses catégories et les historiens modernes ne sont guère plus heureux ; les érudits de l'ordre, que nous avons consultés, nous ont donné des réponses divergentes. Nous reviendrons sur ce sujet dans notre *Histoire de la chartreuse de la Chapelle*, chapitre préliminaire.

ad statum monachi dominus Fredericus Brandt bruxellensis, f. 98v. sacerdos saecularis, qui postea fecit in / ordine professionem. Aedituus templi huius fuit et semel et iterum diversis temporibus, qui ante professionem suam ordinavit quasdam pecunias Bruxellae recipiendas ad vitam suam per ministros huius domus. Et contulit huic domui pulchrum et magnum volumen quod historiam ab origine mundi ad nostra usque tempora continet breviter, de viris et feminis et gestis eorum illustrissimis quoque cum figuris representat ; item quaedam opera beati Aurelii Augustini, et epistolas S. Ieronimi, et bonam expositionem in psalterium davidicum, et item libros 3 officiorum S. Ambrosii, et alia quaedam devota. De quo, quia nobiscum adhuc vivit, nunc amplius non scribo (1).

Anno 1530 receptus fuit in hac domo a domino Carolo priore ad statum monachi D. Hubertus Edingus sacerdos saecularis, filius domini Philippi domini de Santberge, non longe a Gerardimonte ortus, et anno sequenti in ordine professionem fecit in praesentia domini Caroli a quo fuit et receptus 11 kal. aprilis. Hic fecit mirabilia in vita sua (2).

#### DE DOMINO IUDOCO HERBOS MONACHO.

In pago cui nomen est Ascha inter Alostum et Bruxellam ortus fuit Iudocus Herbos qui antequam venit ad ordinem Parisiis operam dedit litteris latinis. Receptus a domino

(1) « D. Fredericus Brant bruxellensis,... receptus a domino Ioanne Etterbeek priore circa finem maii 1496,... Hic fuit sacrista anno 1509, item anno 1511, tum postquam ab illo officio fuisset absolutus, iterum institutus est sacrista. Obiit autem 26 februarii 1537, postquam 55 annis laudabiliter vixisset in hac domo. » PÉDÉ, p. 67. — Cfr p. 148.

(2) « D. Hubertus ab Angia, filius illustris domini Philippi de Santbergen,... de quo in chronico D. Ioannis Ammonii fo 111 ubi de illo agitur, est additum altero caractere : *qui fecit mirabilia in vita sua*, utinam nobiliora... » PÉDÉ, p. 75. Suit le long récit de ses misères, d'après des extraits des chartes du Chapitre général : instabilité et tentative de fuite, qui le fait incarcérer, tentatives d'évasion (chartes de 1533 et 1536) ; on découvre bientôt qu'il était déjà profès de la chartreuse de Snals en Tyrol avant son entrée à Hérinnes (charte de 1540). Malgré l'ordre de renvoi à Snals qui suit cette découverte, il est encore en prison à Hérinnes en 1555 ; Pétré cite des extraits des chartes qui l'y maintiennent en 1541, 1542, 1546, 1548, 1549, 1555. Après cette date, on le perd de vue. « Invenimus autem illum obiisse 10 februarii. Haec autem dies obitus illius ponitur in calendario huius domus et inde constat quod penitens et ad se reversus obierit. Annum autem obitus eius adhuc ignoramus et ignorabimus donec istorum temporum cartas habebimus, quae rarae sunt admodum. » PÉDÉ, p. 75-76.

Carolo priore ad statum monachi religiose vixit inter nos primis annis. Et post professionem suam habuit ministerium compa-  
f. 99. ginandi libros, / deinde post obitum domini Michaelis Saremontani sacristae huius domus, dominus Iudocus illi successit in hoc ministerio, quod tamen per annum integrum non administravit, quandoquidem anno 1532 per ordinationem Capituli generalis, cum dominus Carolus senex, iubilarius et inutilis, ab officio prioratus fuisse absolutus, electus a fratribus dominus Iudocus factus est prior huius domus, tametsi penultimus esset monachorum. Atqui non multum post dies illos coepit male habere, ita ut neque privatum dormire neque publice cantare quietet. Unde et ingra-  
vescente infirmitate cum ivisset Bruxellam ut a medicis cura-  
retur, quarto idus aprilis iuvenis adhuc circa meridiem obiit. Et erat dies ille Coena Domini anno 1535 ; 10 mensibus dumtaxat fuit prior.

Iam convisitator huius provinciae nostrae prior domus Bruxel-  
lae profectus erat uno die per nos Cartusiam versus antequam dominus Iudocus prior noster Bruxellis moreretur. Cum igitur vi-  
sitatori nuntiatum esset defunctum esse priorem domus Capellae, protinus cum priore domus Antwerpiae venit et fuit apud nos sabatho in hebdomada Paschae (1). Atque illo die fuisse electio celebrata nisi dominus procurator noster domo abfuisse. Propter eum ergo dilata fuit electio usque ad diem lunae sequentem. Quo die postulatus fuit in priorem dominus Sebastianus Petrus hollan-  
dus professus huius domus qui tunc morabatur Antwerpiae in  
f. 99v. domo ordinis nostri / et hebdomada sequenti die lunae fuit inthronisatus vel huius domus prioratus investituram accepit (2).

(1) Le visiteur principal était Pierre Zas, prieur d'Utrecht ; le covisiteur Jean Meerhoudt, prieur de Bruxelles.

(2) Voir à l'appendice II la notice de la *Series chronologica priorum*. — Pédé, p. 77 : « D. Sebastianus Petri vel Peeters, amstelodamus, monachus professus huius domus, receptus a D. Carolo Serraes priore et sub eodem professus, primam missam celebravit anno 1515. Deinde missus ad domum nostram prope Antwerpiam hospes circa annum 1525. Defuncto autem in die Coenae Domini 1533 D. Iudoco Herbos priore huius domus, electione conventualium hic noster Sebastianus illi successit Antwerpia vocatus, qua in dignitate laudabiliter se gessit sed circa 1546 coepit valetudine minui et saepius aegrotare, quare a Capitulo generali absolutionem magnis conatibus obtinuit eodem anno per Capituli generalis cartam et institutus est huius domus vicarius concessa conventionalibus novi prioris electione. De hoc docto viro habet Bibliotheca cartusiana :... praefixit hymnis quibus ordo cartusiensis utitur quique a Dionysio Ryckelio commen-  
tariis illustrantur Carthusiasticon (ita namque auctor nuncupat) quatuor dis-

Per idem quoque tempus obiit Angiae magister Arnoldus Oridryus (1), iuvenis vir et doctus admodum graece et latine, qui natus in Buscoducis et Lovanii promotus in artibus libera-libus utramque linguam publice profitebatur Angiae, ubi uxorem duxerat sororem domini Ioannis domestici curati angiensis. Hic Arnoldus concinnavit ludicum puerile super iubilaeo domini Caroli prioris huius domus; itemque breviter summam graecae linguae composuit (2), ubi declarat quod inter bimestre vel trimestre docebat pueros graece legere et interpretari posse; et alia quaedam scripsit aliaque opera reliquit imperfecta (3). Habuitque tam elegantem scribendi manum (meo quidem iudicio) ut non facile reperias qui in littera currenti possit eum superare. Fuit autem 4 aut 5 annis in statu coniugali et obiit magnumque sui desiderium multis reliquit.

## DOMINUS IACOBUS DE ARENA.

Anno Domini 1531 obiit Cortraci 6 idus iulii probus vir et venerabilis senex et sacerdos dominus Iacobus de Arena. Qui quondam matrimonio legitimo iunctus, ex uxore sua liberos suscepit complures, quorum duo postea in ordine cartusiano fuerunt professi, unus in domo Capellae prope Angiam et alter in domo Silvae Sancti Martini prope Gerardimontem (4). Atqui defuncta sua / f. 100. uxore dominus Iacobus factus est sacerdos saecularis. Deinde

tinctum elogiis, versu nimirum hexametro. Obiit in hac domo vicarius 11 iunii, quo anno deficientibus cartis ignoramus. Non videtur quod diu supervixerit post suam absolutionem. » — Cfr PETREIUS, *Bibliotheca cartusiana*, p. 261.

(1) Arnold de Bergheyck (Oridryus), élève de Rutger Rescius au collège des Trois-langues ; cfr PAQUOT, *Mémoires pour servir à l'histoire littéraire des Pays-Bas*, t. VII, 1766, p. 131-133 : FOPPENS, *Bibliotheca belgica*, t. I, 1729, p. 101. Ces auteurs le croient, d'après son nom, originaire de Bergheyck ; Ammonius qui doit l'avoir connu, est mieux renseigné.

(2) *Summa linguae graecae, utilissima grammaticam graecam auspicantibus*, Paris, Wechel, 1528, in-4° de 36 p. Selon Paquot, *loc. cit.*, on trouve à la fin trois épigraphes grecques pour Nicolas Utenhoven, par Érasme, Oridryus et Liévin Ammonius, le frère de notre chroniqueur.

(3) FOPPENS, *loc. cit.*, donne la liste de plusieurs poèmes, « quae tamen omnia hactenus invisa ». Cfr aussi PH. BRASSEUR, *Sydera illustrium Hannoniae scriptorum*, Mons, 1637, p. 119.

(4) Le premier est Jean Ammonius, l'auteur même de cette chronique, le second, Liévin, est plus connu en sa qualité d'humaniste et de correspondant d'Érasme. Voir notre introduction et les références qui y sont données, p. 123. Rappelons seulement que le nom de cette famille est Van der Maude et que les formes Ammonius et de Arena en sont les traductions grecque et latine.

post aliquot annos intravit religionem et habitum suscepit fratrum regularium S. Augustini et professionem fecit in monasterio sanctimonialium quod Syon dicebatur (1). Qui tametsi ortus fuit Gandavi et ibidem fere semper commoratus, ubi suas possessiones habuit et praedia super quibus processit ad sacerdotium, tamen posteaquam factus est sacerdos Curtracum prefectus in praedicto loco fuit coadiutor praepositi domus illius ; ubi plusquam 30 annis religiose vixit. Habuitque unam filiam ex uxore sua predicta professam in eodem monasterio quam reliquit etiamnum superstitem, sicut et 2 predictos filios. Qui praeter cetera dona quae donavit domui Capellae (2) ordinavit unam libram grossorum Flandriae nobis recipiendam a domo professionis suae per ministros domus Capellae post obitum suum ut pro se fratres orarent Deum et exequias eius celebrarent. Quod et factum est a nobis circa predictum tempus. Habueruntque fratres illo die pro laboribus suis recentem sulmonem elixum et assum et pintam vini et spatiamentum, et similiter die sequenti, licet hoc fueit respectu novi sacristae tunc recenter ordinati, predictis tamen expensis.

Anno 1521 obiit in domo Cartusiae Maioris, 15 kallend. octobris, Reverendus Pater dominus Franciscus de Puteo, prior /  
f. 100v. illius domus, qui triplicem in ordine plenum cum psalterio habuit monachatum (3). Nam unum monachatum obtinuit anno 1496 per Reverendum Patrem Petrum Ruffi et per diffinitores Capituli generalis antequam receptus fuit in ordine, cum magnus benefactor et fautor ordinis nostri et reverendissimi domini episcopi gratianopolitani vicarius adhuc esset ; et duo monachatus debentur ei post obitum suum ex parte administrationis domus Cartusiae. Hic est ille qui tertiam compilationem Statutorum

(1) Couvent de Ste-Catherine « ten Berg » à Courtrai, dit aussi couvent de Sion ou du Sinaï ; filiale de la maison de Sion d'Audenaerde, il suivait la règle du tiers-ordre franciscain et vivait du travail de la laine et du lin. Cfr DE POTTER, *Geschiedenis der stad Kortryck*, t. III, Gand, 1876, p. 397-407.

(2) Selon ROERSCH, *L'humanisme belge à l'époque de la Renaissance*, p. 58, il laissa à la chartreuse de la Chapelle « une bibliothèque nombreuse et choisie ».

(3) François du Puy avait été successivement official de l'évêché de Valence et de celui de Grenoble avant d'entrer dans l'ordre des chartreux. Il succéda en 1503 à D. Pierre Roux, plus connu sous le nom de Pierre Ruffi, comme général de l'ordre, et mourut en 1521. LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. II, p. 75-78.

ordinis nostri digessit (1). Illo igitur defuncto, electus fuit dominus Guilielmus Bibaucius monachus professus domus Vallis Regalis prope Gandavum, qui tunc temporis erat prior domus S. Gertrudis in Hollandia et principalis visitator provinciae Teutoniae (2).

Porro ad ipsum requirendum venerunt a domo Cartusiae duo monachi et unus donatus equestres. Eodem tempore illustrissimus princeps dominus Henricus octavus rex Angliae expugnabat Tornacum et erat bellum inter dominum Franciscum regem Franciae et serenissimum dominum Carolum catholicum regem Hispaniarum imperatorem nostrum qui tunc erat Aldehardi. Ad quem profecti dominus Petrus Vassor, prior Gandavi, et dominus Guilielmus Bibaucius denuntiaverunt ei et suis electionem factam in Cartusia Maiori, et utrum placeret ei f. 101. quod dominus Guilielmus / assensum paeberet electioni et illuc profisceretur, quippe cum domus Cartusiae sita sit inter Allo-

(1) La troisième compilation des statuts et ordonnances fut éditée à Bâle en 1510 par François du Puy assisté de Grégoire Reisch, l'auteur bien connu de la *Margarita philosophica*. Le volume contient en outre le bullaire de l'ordre jusqu'en 1508, comprenant 133 bulles ou priviléges pontificaux. LEFEBVRE, *op. cit.*, p. 77 ; LE MASSON, *Disciplina ordinis cartusiensis*, nouv. édit., p. 331-333. Les articles de cette compilation qui diffèrent des dispositions des recueils précédents sont reproduits et commentés par LE MASSON, *op. cit.*, p. 333-378. François du Puy publia aussi en 1515 chez Amerbach, à Bâle, la première vie imprimée de saint Bruno.

(2) D.Guillaume Bibaut, né à Thielt en 1484, fit ses études à l'université de Louvain. La plupart de ses biographes disent qu'il fut ensuite précepteur des enfants d'un seigneur flamand (dont Lefèvre, après Morozzo, fait le comte de Flandre) ; Goethals, qui ne cite pas ses sources, mais dont la documentation est souvent de première main, dit plus simplement qu'il donna des leçons à Gand, dans la maison d'orphelins située rue de Bruges. Entré en 1504 à la chartreuse du Val-Royal près de Gand, dont il fut bientôt nommé vicaire, Bibaut fut élu peu d'années plus tard prieur de la maison de Gertruydenberg. Coviseur de Pierre Vasseur en 1511, il devenait en 1513 visiteur principal avec les coviseurs Herman Frison, Michel Dierickx et Herman van Heymaken. Élu prieur de la Grande Chartreuse en 1521, il y mourut le 14 juillet 1535. On a conservé de lui des *Sermones capitulares* édités après sa mort par le prieur d'Erford Josse de Hesse en 1539 et réédités en 1610 et 1654. Huit épitaphes latines de Bibaut se retrouvent dans la *Vita Jesu Christi* de Ludophe le Chartreux, édit. d'Anvers, 1618, p. 771. La vie de Bibaut avait été écrite par Liévin Ammonius, le frère de notre chroniqueur, mais le manuscrit en était déjà perdu au XVII<sup>e</sup> siècle. Cfr PAQUOT, *Mémoires pour servir à l'histoire littéraire des Pays-Bas*, t. VII, 1766, p. 301-305 ; RAISSIUS, *Ad natales SS. Belgii Molani auctarium*, p. 123 ; GOETHALS, *Lectures relatives à l'histoire des lettres, des sciences,... en Belgique*, t. I, p. 52-55 ; LEFEBVRE, *S. Bruno et l'ordre des chartreux*, t. II, p. 78-79. Tous les auteurs chartreux parlent de Guillaume Bibaut, mais souvent avec beaucoup d'imprécision et d'inexactitude.

brogos, vulgo nunc Sabaudinenses dicuntur, qui sunt incolae partis regni Franciae. Et fuit concessum. Assumptis igitur duobus donatis, uno de domo Capellae (1) et altero de domo S. Gertrudis, cum tribus praedictis fratribus domus Cartusiae, dominus Guilielmus non per Burgundiam, sed Alemaniam profectus abiit, quia milites armati quam plurimi erant in via Franciae.

Eodem anno obiit quarto idus decembris sanctissimus in Christo Pater dominus Leo decimus, qui priusquam fuit summus pontifex vocabatur Ioannes Medices, domini Laurentii principis florentini filius. Huic Ioanni praceptor erat in pueritia Angelus Politianus, eruditissimus vir et sermone venustissimo, insignis philosophus et eruditus poeta, qui Florentiae publice profitebatur graecam linguam et latinam, qui anno aetatis suae 40 cum esset canonicus Florentiae in templo S. Ioannis Baptistae defunctus est. Porro Ioannes Medices aetatis suae anno 18 factus est cardinalis ab Innocentio papa, sicut Angelus Politianus in quadam epistola ad eundem Innocentium testatur. At vero post obitum domini Leonis papae, dominus et magister Adrianus / a Trajecto fuit electus summus pontifex, qui a pueritia sua Lovanii studuerat, ubi et in specie pauperis quondam fertur promotus fuisse in artibus liberalibus, et ibi postmodum in sacra theologia sic profecisse traditur ut excellentissimus doctor et ubique celeberrimus haberetur. Eratque illo tempore serenissimi imperatoris nostri Caroli praceptor et institutor. Sed non diu postea vixit, nam anno 1523 defunctus est 18 kalendas octobris et dicebatur summus pontifex Adrianus sextus, cui successit dominus Clemens septimus florentinus.

#### DE F. IOANNE DESIERS DONATO.

Anno 1534 obiit in hac domo 15 ianuarii frater Ioannes Desiderius donatus huius domus, qui fuit annis triginta ferme ministrans in coquina, cuius pater Egidius Desiers, vicinus noster, erat calcifex noster.

(1) Le frère Nicolas Breckpot, cfr p. 140.